Die duodecimo Augusti vidimus Cometam pene recta sub coma Berenices, quem sub Leone accensum esse iudicamus, non procul a Sole. Conspiciebatur autem statim post occasum Solis, ad Septembrem vsque, vehebatur motu non celeri ab occasu ad ortum paululum, et aliquantulum flectebatur ad meridiem ad libram. Cauda directa erat ad Hispaniam, et si fortassis multa significantur: tamen breui post existimatum est, significatam esse mortem Caroli Quinti Imperatoris. Hic Carolus Quintus, Imperator, Rex Hispaniae, Dux Austriae et Burgundiae, natus ex Philippu filio Maxaemyliani Imperatoris, multis magnis rebus gestis placide mortuus est die vicesimo Septembris hoc anno 1558, in suo secessu in Hispania, in quo circiter biennium in otio, precatione et lectionibus sacris vixit; delectatus est praecipue lectione Bernardi. Electus est Imperator anno 1519. Deposuit Imperium hoc anno 1558 Mense Martio. Postea septimo Mense ex hac mortali vita decessit. Extant historiae de rebus gestis ab ipso, prolixe scriptae, quas qui cognoscere volent, sumant ex illarum scriptoribus. Ego haec recitanda esse censui de ingenio et voluntate eius erga Ecclesiam et Rempub., quae ex fide dignis viris audiui.

Postquam Aquisgrani coronatus Principes Germanicos in vrbem Vangionum ad Rhenum connocauit Anno 1521; fuit ibi apud Ducem Saxoniae Electorem Fridericum Gregorius Pontanus, Cancellarius Ducis Saxoniae Friderici. Ad hunc dixit Mercurinus, Cancellarius Caroli Imperatoris, cuius fuit excellens sapientia: Bene fecerunt Germanici Principes, quod hunc Carolum elegerunt Imperatorem, quia erit sapiens et bonus. Hanc tanti viri orationem nun fuisse adsentationem: sed grauissimo iudicio pronuntiatam, existimari potest ex euentibus, qui secuti sunt. Cum tenuit Carolus captiuos Regem Gallicum Franciscum et deinde Clementem Romanum Pontificem, qui magna bella contra eum mouerant: nihil fecit iracunde: sed Regem Galliae honorifice remisit in regnum confirmata amicitia noua adfinitate, videlicet coniugio sororis Caroli. Postea etiamsi rursus bella inter eos orta sunt: tamen semper alter de altero praeclare sensit. Cumque Hispanici Principes bellis iterum motis palam reprehenderent dimissiunem Regis Gallici et culpam transferrent in Mercurinum, mox Carulus grauissima oratione respondit iniuste accusari Mercurinum, qui potius suasor non dimittendi Regis fuerit: sed suo consilio totam hanc rem actam esse, se duarum maximarum rerum habuisse rationem, pacis publicae in orbe christiano et dignitatis Regum, sicut alii magni Reges olim captos Reges restituerunt; se Regem esse, et nolle sibi praescribi a Principibus, vt indignam Rege asperitatem erga Regem exerceat, nihil se durius contra vllum Principem vnquam fecisse, cur in Regem asperior esset? Deo autem euentus commendandos esse, cui cum placeat clementia, sperare se rursus in hoc bello clementiae praemia. Ibi cum intellectum esset, Imperatorem suo consilio praecipuas res gubernare, vereri eum et diligere Principes magis coeperunt. Restituit et Romanum Pontificem dignitati suae sine vlla potentiae diminutione. Haec moderate acta sapientiam et bonitatem eius ostendunt. Sequens narratio voluntatem erga Ecclesiam quoque declarat. Antequam ad Conuentum Augustanum Anno 1530 accessit, consilia sibi scribi iussit de pace Ecclesiae restituenda. Quidam scripserunt, sine Synodo tollendos esse doctores, qui mutassent priorem doctrinam et ritus, et communem concordiam armis tuendam esse, nec concedendum vt ab ordinaria potestate vlli discedant

Nec Synodum profuturam esse ad tollendas discordias, sed potius inquietis ingeniis praebituram occasionem mouendi plures controuersias. Alii scripserunt leniorem sententiam: Synodo opus esse ad multorum errorum et superstitionum emendationem, quia manifestum esset, partim inscitia docentium, partim auaricia Monachorum, multos vitiosos cultus in Ecclesiam inuectos esse, quos necesse sit tolli, et si non tollantur communi deliberatione, futuras particulares distractiones sine fine, quia passim aliqui multa reprehensuri essent. Vtiliorem igitur fore communem deliberationem, postea Regum et Principum consensu Synodi decreta constanter et seuere defendenda esse. Carolus haec scripta et legit ipse et a praecipuis consiliariis legi voluit, vt re tanta diu diligenterque cogitata eligeretur rectior sententia, a qua Carolus se nunquam discessurum esse adfirmabat. Tandem igitur eligitur mitior sententia, vt Synodus indicatur. Hanc sententiam cum in Italiam Carolus attulisset, postquam a Clemente coronatus est anno 1530, deliberatio instituta est de praecipuis orbis Christiani negociis, in qua cum consedissent Clemens et Carolus et multi Cardinales ac Principes, nomine Caroli incipit dicere Mercurinus, et primum omnium necessariam esse Synodum vniuersae Reipublicae christianae. Exponit causas non solum, vt germanicae dissensiones tollautur: sed vt multae superstitiones apud omnes gentes emendentur, et disciplina in populo et sacerdotibus restituatur. Flagitat igitur Synodum nomine Imperatoris Caroli et adfirmat eum ab hac sententia non discessurum esse. Venerat paratus Clemens, qui et sapiens et eloquens erat. Respondet igitur in hanc sententiam sua voce: Credo ego te, Carole Imperator, et tuo iudicio reuerenter sentientem de inuocatione Dei et incitatum laudatissimorum Principum exemplis bono studio Synodum flagitare. Sed hac de re, in qua plurimum est periculi Ecclesiae, prior esse mea deliberatio debet et praecipua autoritas. Nam vt non disputem subtiliter de meo iure, hoc constat, Synodum Nicenam iussisse ad Romanum Episcopum deferri controuersias Ecclesiarum occidentis et nostram sedem iudicere Synodos. Saepe igitur ante hoc tempus et mecum ipse, et cum hoc Genutio et Farnesio et aliis deliberaui, quomodo Ecclesiae paci consulendum sit, prius ne in Synodo res disputandae sint, an potius tantum armis opprimendi sint, qui discedunt a decretis et opinionibus antea receptis. Qua de re cum censeam non indicendam esse Synodum, initio peto, ne mihi aut opibus Romanae sedis metuere existimer. Johannem vicesimum tertium aiunt poenituisse, quod Synodum Constantiensem conuocauerat, cum eum ex summo fastigio deiiceret. Ego vero expertus varias fortunae vices, nuper etiam captus, cogito non solum honores et potentiam, sed hanc ipsam vitam quoque fugacissimas vmbras esse et tranquillo animo cedam de hac statione, quandocunque me vel Deus vel casus aliquis inde abstrahet. Deinde nec de opibus Romanae sedis angor, quas attribuit nobis Ludouicus, Caroli filius, et vt sumptus necessarios in gubernatione habeamus et vt simus tutiores contra subita latrocinia: Sed velim hac sarcina Romanum Episcopum leuari, si semper tales Imperatores haberemus, qualem te esse video. Non igitur Synodum propter has stultas cupiditates fugio, neque hoc argumento moueor, quod magni faciunt Iurisconsulti: Valere debere rerum iudicatarum autoritatem, nec antea decreta nouis disputationibus labefactanda esse. Ego vero, si paci, si posteritati prodesset disputatio, nollem eam prohibere, ac tantum ad publicam pacem et salutem posteritatis mea sententia directa est. Osten-

dam autem ex ipsis dogmatum generibus mei consilii causas. Sunt dogmata partim non solum falsa, sed etiam manifeste absurda, qualia sunt anabaptistica: Oportere facultates omnium communes esse; Magistratus, iudicia, legitimas poenas, Imperia res prorsus a Deo damnatas esse; omnia fieri necessario, etiam scelera; nullam esse libertatem humanae voluntatis; renasci homines sine voce doctrinae enthusiasmis cogentibus repugnantem voluntatem. Nuper etiam Samosatenica mota sunt de filio Dei, quae transformant Ecclesiae doctrinam in Mahometicam. Vt autem ad incendium boni omnes restinguendum mox concurrunt: sic concurrere omnes gubernatores oportebat ad opprimenda initia harum quaestionum, ac res pessimi exempli fuerit de eis admittere vllam disputationem. Sedit Constantius Imperator et praestigiatorem audire potuit haec blasphema dicentem in Synodo: Pater est ἀσεβὴς, Filius est εὐσεβής; dissimilis est ergo filius Patri. Quae fuit haec leuitas vel potius impietas tales voces audire! Te ne, Carole, existimem tam non dico lentum, sed vecordem esse, vt fuit Constantius Imperator, vt sedens in Synodo sine ingenti dolore et indignatione talia sophismata auditurus sis! Secunda classis est, vt ita dicam, dogmata inextricabilia. De his cum tolli certamina non possunt, melius fuerit ea non agitari. Tales sunt quaestiones de adoratione panis, de oblatione, de sacrificio missae. Tertia classis est dispensabilia Pontificis autoritate, vt laxatio votorum, concessio coniugii, emendatio superstitionis in cibis, vestitu et similibus ineptiis. De hac classe cum res sint manifestae, nihil opus est disputatione Synodi. Si Reges et Principes petent harum rerum moderationem, sedes Romana vno edicto harum rerum omnium ἐπιείκειαν edere posset. Velim et ipse tolli superstitionem et morum vitia, quae stultis legibus augentur: sed ἀναρχίαν fieri nolo. Petatur a Romana sede emendatio, cui nolo adimi autoritatem vetustae Ecclesiae sententia ei attributam. His classibus dogmatum consideratis causae cernuntur, quare non sit conuocanda Synodus. Reliquum est igitur, vt tu, Carole, armis pacem restituas. Italia domita tuis armis quieta est, Rex Galliae repressus, qui tecum non de stoicis, paradoxis aut iudaicis superstitionibus Monachorum, sed de imperio certauit. Quanto facilius Germaniae partem non magnam compesces, qua in re et posteritatem intuearis. Huius sedis autoritate extincta sequetur ἀναρχία, in qua et laxatio disciplinae adferet barbariem in moribus et petulantia ingeniorum gignet sine fine noua dogmata, et moram in hoc incendio perniciosam esse cogitato.

Haec cum dixisset Pontifex, iubet Carolus, quia decreuerat non discedere a sua sententia, Mercurinum refutare Pontificis orationem, sed cum dicere Mercurinus coepisset, interpellat Pontifex, toruitate vultus et vocis tyrannidem ostendens et his ipsis verbis obiurgat Mercurinum: Quare tu ita mihi aduersari audes et Dominum contra me incitas? Hic surgit ad dicendum Carolus ipse. Mirantur Principes, quid iuuenis dicturus sit et attenti audiunt omnes, fuitque haec grauissimae orationis summa.

Agnosco me iuuenem esse et huius Mercurini et aliorum sapientum consiliis vti me fateor, et debere me sapientiores audire iudico et de hac ipsa deliberatione, quam scio pertinere ad gloriam Dei et ad salutem vniuersi generis humani, cum multis collocutus sum, qui excellunt sapientia, virtute et fide, qui sentiunt Ecclesiae opus esse synodo. Nec tu ignoras voluntates omnium sapientum et bonorum in tota Europa, qui assiduis gemitibus Synodum flagitant talem, quae recte gubernetur. Quare cum re diu

deliberata et iis argumentis, quae tu opponis, diligenter cogitatis velim conuocari Synodum, scito et Mercurinum quae dixit, meis mandatis dixisse et me ab hac sententia donec viuam, non discessurum esse. Tuum consilium speciosum et plausibile prophanis videri potest; sed meum et iustum est et Ecclesiae conuenientius, et si me non impedieritis, Deo iuuante, spero generi humano salutare futurum esse. Nec illa terribili oratione tua abducor a sententia, quod non sit audienda disputatio de absurdis et inextricabilibus. Nam nec omnia, quae nunc disputantur, absurda sunt, nec sunt vllae inextricabiles quaestiones in Ecclesia de rebus necessariis. Audiui et ego mihi saepe Platonicum illud dici: Vt parentum deliria ferenda sunt: ita in ciuitatibus et religionibus vitia quaedam dissimulanda esse. Modus est eius rei et in Imperiis et in Ecclesia. Fundamentum certe in Ecclesia retineri debet. Et hae leges aeternae in Imperiis et in Ecclesia retinendae sunt, quae prohibent idolorum inuocationes et libidinum confusiones. Irrepserunt autem in Ecclesiam quaedam inuocationes contumeliosae contra Deum et turpitudo libidinum in conspectu est. Nec tantum horum malorum emendatio synodum requirit, sed vniuersae doctrinae integrum corpus colligendum est, quod vna voce omnes gentes in omnibus templis sonent. Scis enim nunc de multis magnis rebus etiam in tuis castris dissonos clamores esse. Cum sparserit haec aetas quaedam absurda, opponat Synodus illustria et firma testimonia, vt et hoc tempore et in posterum minus decipiantur homines, moniti argumentis a Synodo ostensis. Illa autem vox Pontifice indigna est, quod ais, quaedam esse inextricabilia. Deus immensa bonitate se patefecit et vult nos amplecti doctrinam quam tradidit, quae si esset ambigua, inanis sonus esset. Placet mihi autem et Theodosii consilium, qui iussit in Synodo quaeri et proferri testimonia sincerae vetustatis. Certe enim Ecclesiam doctricem libenter audio, vt Samson monuit: Si non arassetis vitula mea, non inuenissetis. De Dispensatione, quam affers, quanto haec fiet commodius in Synodo? Maior enim erit gentium concordia, si simul omnes talem ἐπιείκειαν recipient. Et illo dicto heroico delector: In communi periculo sit communis deliberatio. Nec defuturus sum meo officio rebus cognitis, et vt cognitio possit ordine fieri, veterum Imperatorum exemplo adfuturus sum, et quantum potero perficiam, vt hae veteres leges iustissime seruentur. Vtraque pars pariter audiatur et sententiae non tyrannicis arbitriis ferantur: sed iuxta leges, videlicet iuxta doctrinam, quam certum est a Deo traditam esse. Nunc quod iubes, vt sine diiudicatione bona et mala pariter deleam, id nequaquam faciam. Nolo enim ex Ecclesia tollere legitima iudicia et constituere Tyrannidem. Declaraui autem antea non obscure in bello meam obseruantiam erga Ecclesiam et erga sedem Romanam et erga te, quam et deinceps praestabo.

Hac oratione audita et Pontifex et omnes Principes ingenium et magnitudinem animi in Carolo mirati sunt. Ideo ne magis incenderetur Carolus, placide respondet Pontifex, se cum suo senatu rursus deliberaturum esse.

Haec Bononiensis actio ostendit, voluisse Carolum Synodum conuocari et saluti Ecclesiae iusta deliberatione consuli. Ad hunc finem cum consilium eius directum esset, etiam Augustae Anno 1530 iussit exhiberi confessionem, et expresse testatus est, se non moturum bellum de hac causa, nisi rebus cognitis in Synodo. Sed vtraque pars impediit eius consilium. Clemens nequaquam voluit conuocare Synodum, Pau-

lus tertius Farnesius astute conuocauit Tridentinam Synodum: sed tantum ludens extraxit disputationes et ex Tridento Bononiam vocauit disputatores. Inde rursus postulante Carolo Tridentum eos misit. Ex Lutheranis nemo ad Synodum accessit, nisi Brentius et eius Collegae missi a Duce Wirtebergensi. Nec multo post Synodus dissipata est. Tandem igitur Carolus abiecit haec consilia et Imperii gubernationem deposuit. In secessu aliquanto ante mortem dixit Episcopo Toletano, Lutheranos de iustificatione recte sentire. Nam articulus Ratisponae scriptus de iustificatione a delectis vtriusque partis ad colloquium, semper ei placuit. Haec de Carolo Imperatore hic recitanda esse censuimus, quia in aliis historiis de eo scriptis omissa sunt. Multae et magnae virtutes eius fuerunt. Vita priuata modesta fuit. In Imperio multa sunt excellentis in eo sapientiae signa, et iustum in ciuili*) gubernatione et clementem fuisse multa ostendunt. Captos tot Principes, Regem Galliae Franciscum, Pontificem Clementem, Ducem Saxoniae Johannem Fridericum et Philippum Landgrauium Hassiae dimisit. Sed haec legantur in longioribus historiis.

Hac aestate in Liuonia Dux Moscouiae duas vrbes occupauit Neruam et Derptam. Neruam existimo dictum esse a Neuris, quorum fit mentio apud Herodotum, qui libro quarto inquit: In Neuris mutari homines in lupos ad tempus et recipere postea humanam figuram. Id accidisse anno proximo ante hoc bellum cuidam in Liuonia certum est, qui ipse postea recepta humana figura haec fide dignis hominibus narrauit. Episcopum Derptensem, virum nobilem, misit Dux Moscouiae captum ad Regem Tartarum tanquam triumphans Principe Germanico capto. Magna multitudo etiam Germanica in Russiam captiua abducta est in seruitutem morte tristiorem, nec belli finis erat, cum haec scriberentur.

Nec finis belli erat, quod gerunt inter se Rex Gallicus Henricus et Rex Hispaniae Philippus, Caroli filius. Vterque magna auxilia equitum Germanicorum hac aestate conduxit. Dux Saxoniae Johannes Guielmus, filius Ducis Johannis Friderici primi, duxit tria millia equitum ad Regem Gallicum. Duxerunt pene tantum numerum ad Regem Gallicum et alii. Habuit et Philippus auxilia Saxonica, Westualica et Cleuensia, circiter quinque millia equitum. Et quia vires pares fuerunt, dimicare Reges noluerunt. Mense Nouembri rursus haec auxilia dimissa sunt, nullo facto praelio, et induciae factae sunt.

In Germania vero Dei beneficio pax fuit. In Sepusio, non procul a Cassouia, tria millia Turcarum interfecti sunt. Cometam secuti sunt interitus Regis Danici Christierni et senis Christierni, qui olim Rex fuerat**), et Principis Palatini Electoris Othenrici. Item Reginae Angliae, quae fuerat coniunx Philippi Regis Hispaniae.

*) „ciuili" Melanchthon sua manu scripsit.

**) Quae primum h. l. scripta erant: „et Regis Suediae" et „Item Adolescentis Regis Portugalliae, cui successit Carolus, filius Regis Hispaniae Philippi," deleta sunt.

Sequuntur nomina eorum, qui sub hoc Rectore catalogo studiosorum adscripti sunt.

Mense Maio.

Ludovicus Vngnad Baro in Sonneck et Frauenburg etc. Regis Boiemiae Camerarius.

Christophorus Vngnad Baro in Sonneck etc. S. Caesareae Mtis. Consiliarius ac Comes comitatus Warasdiensis.
Simeon Vngnad Baro in Sonneck.
Stephanus Henricus Comes ab Eberthein, Dominus in Neugarthan et Massou etc.
Volckmarus Baro in Pudbutz.
HenricusBorckFalckenbergensisNobilis.
Johannes Pannonius Massouiens.
Joachimus Eberhardi Neugardiensis.
Johannes, Christannus, Guntherus, Casparus, Henricus } Schneydenwein, filii Viri clarissimi J. V. Doctoris Johannis Schneydenwein, tunc Vicerectoris.
Mattheus Tiburcius Dillenbergen.

3. Maii.

Henricus Keglerus Quedelburgensis.
Theodoricus Simon, Cunradus Eike, Johannes Kednig, Johannes Sommerfeld, Otto von der Hude } Hamburgenses.

4. Maii.

Theodoricus Jung, Johannes Johanuis } Soltwedelenses.
Theodoricus Kosterus Luneburgensis.
Guielmus, Antonius, Johannes } Haenonii Dillenbergen. Filii Justi Haenonii, Secretarii Generosi Comitis Guielmi a Nassau.

7. Maii.

Thomas Gemel Sonnenwaldensis.
Wenceslaus Richter.
Gerson Voldeutsher Bolicensis.
Andreas Ditmarus, Henricus Regius, Nicolaus Lisegang } Brunsuicen:
Johannes Cramer Noribergensis.
Thomas Sauerbier Northeimensis.
Jacobus Sckaley Stettinensis.
Casparus Jacob Winterhausensis.
Cunradus Scharmannus Czeilensis.
Wolfgangus Creitscheimer Meinbergensis.
Johannes Purgolt Isenacensis.
Henricus Erckelius Halberstadensis. ddt. 3½ gr.
Lazarus Arnoldus Halberstadensis. ddt. 3½ gr.

9. Maii.

Nicolaus Reichel Nissenus, Johannes Heilman Strigonien. } Silesii.
Casparus Rimbaum.
Georgius Wirt Leobergensis.
Daniel Schram Hannouiensis.
Daniel Ammerbachius Wendingensis.
Georgius Rötterus Leobschicensis.

10. Maii.

Baldasar Muller Griphenbergensis Silesius.
Georgius Schuman Mitweidensis.

11. Maii.

Petrus Stehelen Norlingensis.
Michael Balberus Sultzbachensis.
Leonhardus Gislerus Neugorensis.

13. Maii.

Zacharias Wittig Brigensis Silesius.
Casparus Platner Stolbergensis.
Johannes Wagnerus Elricensis.
Casparus Spielberg Querfurdensis.

14. Maii.

Johannes Facilis Bytzkouiensis.
Johannes Krackenbergius Hildesiens.
Johannes Faber Gronouiensis.

15. Maii.

Panthaleon Weyss Austriacus. ddt. 3½ gr.

16. Maii.

Fridericus a Weyhe Hannouerensis *).
Andreas Ebner Noribergensis.

17. Maii.

Cornelius Nopel Hallensis.

---

*) Adscr.: „Cancellarius Bruns. et Luneb. J. V. D."

Georgius Calcifragus Dantiscanus.
Johannes Rudland Nauburgensis.
Simon Gitzinus Bohemus.
Zacharias Musculus Aurbacensis.
Johannes Sporer Suidnicensis.
Zacharias Hetzlerus Bernburgensis.
Nicolaus Hermannus Cotensis.
Jacobus Heidecker Bernburgensis*).

19. Maii.

Melchior Vsius Budissinus.
Andreas Schindler Glacensis.
Alexius Vlman Hallensis.
Georgius Zeiter Chemmencensis ex Palatinatu.
Mauricius Neukirch Hallensis.
Georgius Löscherus Olsnicensis.
Hieremias Kirchner Ronnenbergensis.
Thomas Martinus Güterbocensis.
Josephus Widman Monsterbergensis.
Nicolaus Clopfferus Olsnicensis.
Johannes Wurtzborger Weissenburgen.
Salomon Brambach Sangerhusensis.
Georgius Burchardus Smolensis.
Michael Winckler Delitianus.
Johannes Venator Burckschwalbacensis.
Johannes Mhurr Noribergensis.
Bernhardus Colb Noriberg.

20. Maii.

Antonius Zubrot a Peterweyl.
Johannes Bischoff Viennensis.

21. Maii.

Petrus Weidner Laubanensis. Silesius. ddt. 3½ gr.
Johannes Vlricus Struppius Gelhusanus.

25. Maii.

Petrus Radeleuus }
Paulus Muller } Buxtehudenses.

26. Maii.

Franciscus Firling Nissenus.
Hieronymus Mosaeus Monsterbergen.
Stanislaus Tilenus Suidnicensis.

Paulus Paulinus Calensis.
Audreas Vietor Cotbusianus.

28. Maii.

Bernhardus Geller Stolpensis.
Helias Eichorn Gorauiensis.
Valentinus Merckel Wratisl. ddt. 3½ gr.
Vdalricus Meysner Freistadiensis.

30. Maii.

Nicolaus Steinbergk }
Wenceslaus Merrettich } Wratislauienses.
Melchior Weiglerus }
Dauid Lasan Cygneus.
Georgius Rabentrost Annaemontanus.

31. Maii.

Johannes Weinleben Berlinensis.
Cunradus von Wintem Hamburgensis.
Wernerus Rolefingk Monasteriensis Westphalus.
Martinus Delius Hamburgensis.
Johannes Rolefingk Hamburg.

Junii die 2.

Erhardus Heineman Bitterfeldensis.
Christophorus Caesar Prutenus Hauiensis.
Vincentius } Sturmii, filii M. Wenceslai
Ambrosius } Sturmii, Pastoris et Super-
Balthasar } intendentis Bitterfelden.

3. Junii.

Ambrosius Ritz Prutenus.
Johannes Heinricus Gamitianus.
Onofrius Kirchoff Laubanensis. ddt. 3½ gr.
Fridericus Globitz Budissinus.
Andreas Robot Fridlendensis.
Dauid Glantz Ostheimensis.

4. Junii.

Joachimus Bereus Rigensis.
Adolphus Vilibertus Hatstedius.

7. Junii.

Casparus Barth Hallensis.
Christianus Neumair Dobolensis.
Egidius Schuman Annaemontanus.

8. Junii.

Johannes Flechsenberger Röttingensis.

*) Adscr.: „Vir opt.“

Michael Grentzsch Freiburgensis.
Georgius Griesbeck Monacensis.
Justus Budeus Wartburgensis.
Henricus Stein Goslariensis.
Johannes Volumetius, Benedictus Macrinus } Goslarienses.
Nicolaus, Henricus } Vttman Wratislauienses.
Henricus Roseus Strelensis.
Ludolphus Koch Sundensis.

9. Junii.

Casparus Cruger, Johannes Fuchs } TreptouiensesPomer.
Samuel Vrsinus Pontanus.

10. Junii.

Erhardus Muller Stadcranachensis.

13. Junii.

Fridericus a Cutzscher.

14. Junii.

Henningus Brandes Hildesheimen.
Henningus Sternbergk Brunsuicens.

15. Junii.

Jacobus Bosenei Vngarus.
Bartholomeus Klug Dresdensis.
Christophorus Curtleben.

16. Junii.

Nicolaus Wittig Leuttensis.
Andreas Lindener Dresdensis.

17. Junii.

Gallus Beck Stettinensis.
Andreas Seyffart Hallensis.
Johannes Sella Noribergensis.
Arnoldus Schultz Tangermundensis.
Johannes Belling Burgensis.
Laurentius Thegius Leutschouiensis.
Timotheus Brucker Pomeranus.

20. Junii.

Philippus Junger Oschicensis.
Christianus Bardleben Brandeburgen.

21. Junii.

Wicardus Bromius Francofordiensis ad Moenum.
Mattheus Bergkmannus Gerlicensis.
Hermannus Hogelckn *) Hamburgensis.
Johannes Redelsen **) Hussensis ***).

22. Jun.

Matthias Buleman Brandenburgensis.

23. Jun.

Johannes Wirt Wittebergensis.

24. Jun.

Thomas Heupt Gottingensis.
Henricus Köseling Erfordienses.
Hieronimus Balinius, Johannes Salusius, Mattheus Salusius, Michael Paltzouius } Poloni.
Johannes Pentzkouer, Georgius Eisenman } Straubingenses.

25. Junii.

Petrus Reicardus Ilmensis.
Andreas Sterla Rochlicensis.
Fridericus Möstbach Hannouiensis.

30. Junii.

Samuel Winckelerus Torgensis.
Hieronymus Forterus Bretinensis.
Thomas Clein Colosuariensis Transsyluanus.

Julii die 1.

Christophorus Reutner Hammelburgensis.
Daniel Herman Heidenburgens.
Andreas Molitor Radenouiensis.

3. Julii.

Johannes Riznitzky Polonus.
Stephanus Pancotai Hungarus.
Nicolaus Pistor Löbensteinensis. ddt. 3½ gr.

4. Julii.

Bartolmaeus Pffreundt, Johannes Pfreundt } filii Caspari pharmocopolae Witeberg.

*) Superscr.: „Hilarius.“
**) Superscr.: „Kesselius“ (i. e. Caselius, vir ille doctissimus).
***) Adscr.: „Holsatus.“

5. Julii.

Nicolaus Literatus Transyluanus.

Johannes Literatus, Johannes Liprich, Valentinus Fabri, Franciscus Vietoris — Transsyluani.

6. Julii.

Conradus Lemke Dantiscanus.

7. Julii.

Valentinus Niger Stolbergensis.

Antonius Probus.

Benedictus Ilosuai Hungarus.

8. Julii.

Andreas Bernutz Islebiensis.

Theodericus Görnik Gottingensis.

Johannes Muller Islebiensis.

Casparus Strubius Witebergensis.

13. Julii.

Johannes Brand Oldenburgensis Frisius.

14. Julii.

Jacobus Wilhelmus Nestuedianus Danus.

Johannes Heiger Herfordiensis Westphal.

Christianus Ericus Schaffenburgen. Danus.

Heito de Werne Reualiensis.

15. Jul.

Joachimus Schultz Ruppinensis.

18. Jul.

Vitus Theodorus Noribergensis, M. Viti Theodori filius.

19. Jul.

Laurentius Fabricius Raudensis Silesius.

Casparus Radeck Strigoniensis.

21. Jul.

Andreas Femelius Erfordiensis.

Jacobus Chan Gallouiensis Pomeranus.

Joachimus Camerarius, filius Joachimi Camerarii.

22. Julii.

Stephanus Babest Jesnensis.

23. Jul.

Matthias Flohre Frisacensis.

26. Julii.

Joachimus Meister, Christophorus Seydell, Georgius Roth — Görlicenses.

Arnoldus Neuling Arentzhensis.

Petrus Schöner Wassertrittungensis.

27. Julii.

Philippus Anshelmus Elfelden.

Fridericus, Valentinus — Cellarii, filii Pastoris in Goyden.

Casparus Beckmann Herfordiensis.

1. August.

Johannes Zalmeister Wertheimensis.

3. August.

Hieronymus Reyman Leobergensis. dedit 3 gr.

4. August.

Georgius Flader Lichtensteinensis. dedit $3\frac{1}{2}$ gr.

Christophorus Herrichen Görlicensis.

Laurentius Streicher, Matthaeus Dobromor — Iglauienses Morauі.

6. Aug.

Balthasar Schuler Brandenburgen.

8. Aug.

Christophorus Zimmerman Annaemontanus

Henricus Wangersheim Liuoniensis.

Lucas Parcham Treptouien. Pomeranus.

10. Aug.

Johannes Hector ab Holtzhausen Francofordiensis.

Tilemannus Hertwigius Vratisl.

14. August.

Nicolaus Schönbergius, Petrus Didike — Ruppinenses.

Johannes Hemerus Hilperhusensis.

15. Aug.

Johannes Faber, Nicolaus Berndorf — Stendalienses.

Joachimus Francus Osterburgensis.

Johannes Berninckhusius Lippiensis.

Bartolomaeus Praetorius Witstockensis.

Casparus Grauppitz Dresdensis.

16. August.

Andreas Erici Suecus.

Andreas Galler Styrius Nobilis.

17. Aug.

Stanislaus Czamansky Polonus.

21. August.

Laurentius Bretzinius Polonus.

22. August.

Johannes Raupach }
Casparus Pauswang } Leobergenses.
Casparus Ludwig. dedit 3 gr. }

Bernhard Dengk }
Dionysius Besolt } Viennenses.
Balthasar Dörleber }

24. August.

Jacobus Brzezientz Posnaniensis.

26. August.

Henricus Demiker Brandenburgen.

Abel Altendorff Frisacensis.

27. Aug.

Johannes Gössingus Annaemontanus.

30. August.

Justinianus Reifsteck Spirensis.

Septemb. 1. die.

Jacobus Paulon Sangerhusanus.

3. Septemb.

Henricus Rubeus Lubecensis.

8. Septemb.

Johannes Custos }
Hermannus Wittenberg } Erfordienses.

9. Septemb.

Christophorus Buchler Austriacus.

Balthasar Streitmoser ex Welze Austriacus.

Michael Haselbucher Austriacus.

10. Septemb.

Isaac Zangemeister Memmingens.

14. Septemb.

Lampertus Fasoldus Noribergensis.

Johannes }
Christianus } ab Hopffe Corbe.

Georgius Weigelius Noribergensis.

Adamus Venetus Carinthius.

15. Septemb.

Jacobus Guntherus Freystadiensis.

16. Septemb.

Hieronymus Erbardingius Luneburg.

Lampertus Bitopaeus Dauentriensis.

17. Septemb.

Johannes Brinckmeier Hildesheimens.

19. Septemb.

Benedictus Brand Nacleensis.

Paulus Quass }
Casparus Wegener } Sundouienses.

23. Septemb.

Samuel }
Godfridus } Kelner Hallenses fratres.
Daniel }

Matthias Vncia Hallensis.

24. Septemb.

Dauid Heiso Delitianus. dedit 3 gr.

Adamus Oschitzörus Blauensis. ddt. 3 gr.

Daniel }
Wolffgangus } Czorn, Filii Hieronymi Czorn, Quaestoris Witebergensis.
Gregorius }

25. Septemb.

Johannes Probst Essedensis.

Bodo Scheppenstidde }
Dauid Bramerus } Brunswicenses.
Cunradus Lauerdus }

Cunradus Gallus Allfendensis

Johannes Geyerberg Witebergensis.

26. Sept.

Paulus Arenberg Ruppinensis.

28. Sept.

Georgius Boreck Wratislauiensis.

Octob. 1. di.

Casparus Zinnius Mellerstadius.

2. Octob.

Joachimus Ritter Werbensis.

Georgius Hoffman Nissenus.

Johannes Grenewitz Laubanensis.

Abraham Berger Goltbergensis.

Christophorus Gotschalck Laubanen.

Chilianus Nicelman Wratislauien.

Melchior Seiler Leobergensis.
Mattheus Staross Lignicensis.
Martinus Thabor Goltbergensis.
Georgius Seiler Lignicensis.

4. Octob.

Florianus Nergerus Neapolitanus.

5. Octob.

Melchior Reibholtz Raudensis.

9. Octob.

Laurentius Ludouicus Leobergensis.
Johannes Egranus Nissenus.

10. Octob.

Johannes Remnerus Dantiscanus.
Thomas Redingerus Wratislauien.
Wolffgangus Jungmeyer Landauus.

11. Octob.

Andreas Behm Noribergensis.
Jacobus Wolweber Franckenhusensis.
Israel Molnerus Abietanus. ddt. 2 gr.

13. Octob.

M. Henricus Waren Rostochiensis.
Martinus Furingius } Franckensteinen.
Johannes Henrich } Franckensteinen.

14. Octob.

Nicolaus Kindius } Eisfeldenses.
Johannes Otto
Johannes Bluming
Johannes Fetzer
Mauricius Gleichmann
Abelus de Equart Grumingensis.
Johannes Longius Torgensis.
Lucas Oldenberger Wittebergensis.

15. Octobr.

Johannes Lagus Belligeranus } hi 4 dederunt 12 gr.
Jacobus Meschelius Lawensteniensis
Vitus Meyer Badensis.
Andreas Genichen Dresdensis.
Stephanus Tiham.
Stephanus Mustricius.
Petrus Dombrinus.
Lucas } Zickzouinus.
Basilius } Zickzouinus.

16. Octob.

Johannes Knittelius Sigensis.
Balthasar Daman Cellensis.

17. Oct.

Georgius Romerus Geuerensis Frisius.

Gratis inscripti.

7. Maii

Georgius Lohman Sonnenwaldensis.

9. Maii.

Joachimus Firle Boleslauiensis.
Christophorus Heynne.

10. Maii.

Dauid Roser Erfordensis.

12. Maii.

Lucas Libing Lignicensis.

19. Maii.

Johannes Betz Culmbacensis.
Johannes Lang Vinariensis.

26. Maii.

Stanislaus Fabri Zepusiensis.

11. Junii.

Georgius Nausnicus Budissinus.

12. Junii.

Johannes Möring Tangermundensis.

21. Junii.

Fridericus Ditmannus } Gorlicenses.
Jacobus Wentscherus } Gorlicenses.

6. Julii.

Henricus Cunradi Wissenbachius.

15. Julii.

Benedictus Erford de Zigenruck.

19. Julii.

Johannes Clarenbach Lenepensis.

26. Jul.

Georgius Briebesser Görlicensis.
Johannes Hutter Onolspachensis.
Johannes Hertfelder Kittingensis.

27. Jul.

Simon Priester } Feuchtwangenses.
Sebastianus Jung
Matthias Keythe

9. Septemb.

Georgius Gentzius Vstomiensis Pomer.

23. Septembr.

Daniel Dipelius Hayrensis.

25. Septembr.
Martinus Bucholz Pelcensis.
2. Octobr.
Samuel Hertwigk Vratislauien.
10. Octobris.
Andreas Meltendorff Witeberg.
11. Octob.
Martinus Coroneus Holsatus.
13. Octob.
Laurentius Enickle Schonbachen

14. Octob.
Martinus Wernicke Landspergen.
16. Octob.
Jacobus Colper Nassouiensis.
Martinus Geserich Czannensis.
17. Octobr.
Petrus Sartor Sigensis.
Valentinus Fesebeck Ordorffensis.
Grogorius Hauff Glogensis.
Finis.

Summa 376.

Anno

postquam filius Dei dominus noster Jhesus Christus ex virgine natus est Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo octauo, die Lucae Euangelistae electus est Rector Academiae Witebergensis Illustris Dominus Henricus Baro a Starcmberg, cuius familiae antiqua sedes est prope Lynceam Austriae vrbem. Additus est Vicerector vir clarissimus Vitus Ortel Winshemius, Doctor Artis Medicae, Lector in Academia Witebergensi.

Etsi vterque Rex, Philippus Hispanicus et Henricus Gallicus, magnos exercitus in aestate contraxerant (Quilibet enim praeter peditum copias decem millia Equitum habuit): Tamen prorsus nulla pugna facta est, quod vtrique videbatur pugna nimis cruenta fore, et vtra pars victura fuisset, futuram ei fuisse cladem exicialem. Erat adhuc captiuus in Belgico Constabilis Monmorantius, senex sapientia et virtute excellens. Is et suasor pacis fuit, et delectus est cum Atrebatensi Episcopo Granuelo et paucis aliis, vt de pacis conditionibus deliberarent. Et factis induciis circa brumam exercitus vtrinque dimissi sunt. Tandem initio veris anni 1559 pax ita facta est, vt etiam gloriosis adfinitatibus confirmata sit. Regi Hispanico Philippo, cuius coniunx Regina Anglica Maria paulo ante mortua fuerat, promissa est coniunx filia Regis Gallici Henrici, Isabella. Soror autem Regis Gallici Henrici Margarita promissa est Duci Sabaudensi Emmanueli Philiberto, filio Caroli Ducis Sabaudiae, cui et redditus est Ducatus Sabaudiensis, quem Rex Galliae Franciscus ademerat Duci Sabaudiensi Carolo, patri huius Ducis Emmanuelis Philiberti. Hic finis fuit hoc tempore belli moti a Rege Gallico Henrico aduersus Regem Hispanicum Philippum, fueruntque initia pacificationis laetissima propter adfinitates: sed hanc laetitiam secuta est mors Regis Gallici Henrici, quae magnas spes multorum abrupit, vt postea dicetur. Initio anni 1559 Imperator Ferdinandus venit Augustam, quo et caeteros Principes vocauerat, et venerunt eo Electores Moguntinus Daniel, natus in familia equestri Brendel, Treuir Johannes natus in familia equestri von der Lay, et Comes Palatinus Fridericus, successor Othenrici, et alii Principes, Albertus Dux Bauariae, filius Guielmi, et Wolfgangus Comes Palatinus, qui tenet Newburg, Georgius Fridericus Marchio Brandeburgensis, qui tenet Anspach et totam Burggrauii Noribergensis ditionem, et Christophorus Dux Wir-

tebergensis. Caeteri Principes legatos miserunt; Dux Saxoniae Elector Augustus Ludouicum Comitem in Newgarden et Georgium Cracouium Stetinensem, Doctorem Juris, Lectorem Academiae Witebergensis, et Franciscum Cramium, Doctorem Juris, lectorem Academiae Lipsiae, et virum nobilem Henricum von Einsiedel. Multae controuersiae Principum diremptae sunt diligentia et aequitate Imperatoris, quas huic breui narrationi non voluimus inserere, sed ad posteritatem haec scire prodest. Rursus Imperator confirmauit decreta de pace nostris Ecclesiis concessa in prioribus conuentibus, Augustano anno 1555, et Ratisponensi Anni 1557. Haec pacis confirmatio praecipuum huius conuentus opus est. Tandem etiam Imperator deliberare Principes de Romani Pontificis Pauli Quarti Caraphae iniustitia iussit, qui negauit se confirmaturum esse Ferdinandi electionem, quia principibus et ciuitatibus amplectentibus Ecclesiarum nostrarum doctrinam pacem promisisset. Fuit eadem omnium sententia, Principes sese non disiuncturos esse ab Imperatore Ferdinando, nec velle turbari Germaniam, nec passuros, mutari formam Imperii et Electorum autoritatem, aut transferri hoc honestissimum ἀξίωμα Imperii extra Germaniam, et ad defensionem Imperatoris Ferdinandi et dignitatis Germaniae omnes vires et facultates suas obtulerunt. Hanc communem sententiam indicari Romano Pontifici voluerunt et peti vsitatam confirmationem. Quod vero Pontifex obiicit, non confirmandum esse eum, qui pacem promiserit iis, qui doctrinam Romani Pontificis taxant, iustissima responsio est: Imperatorem non iuste facturum esse, si armis opprimat vllas Ecclesias ante cognitionem, cum quidem non defendant Ecclesiae Principum seditiosa aut blasphema dogmata, sed taxent quaedam manifesta Pontificum errata et expetant legitimam Synodi cognitionem. Pertinet autem ad officium Romani Pontificis et Regum, indicere Synodum et instituere legitimam cognitionem, quam quidem non solum Germani, sed omnes pii in orbe terrarum flagitent. Manifestum est autem hactenus Pontifices aut prorsus noluisse indicere synodos aut lusisse in speciem conuocatis aliquot suae factionis monachis et praestigiatoribus sophistis. Cumque ad Tridentinam synodum missi essent, Bentius et alii quidam, tamen non sunt auditi. Repetitae sunt etiam in consilio Electorum veteres historiae, iniusta bella contra Imperatores Germanicos Romanorum Pontificum fraudibus excitata esse, quae imperium germanicum, quod praesidio fuerat Europae et res vtiles gesserat, valde debilitarunt et magnas vastationes in Italia et Germania fecerunt temporibus Henrici Quarti et Quinti, et deinde Friderici Primi et Secundi, postea Ludouici Bauari et Friderici Austriaci. Hos principes fuisse cupidos publicae pacis, multa perspicua signa ostendunt. Susceperunt enim expeditiones in Asiam aduersus impiam barbariem Mahometicam, vt nunc quoque Imperator Ferdinandus tranquillitate Germaniae opus esse iudicat, vt in vicinia Turci reprimi possint: sed tunc scelere Pontificum necessariae expeditiones impeditae sunt, et ex Asia nostri Principes et exercitus retracti sunt. Sciat ergo Romanus Pontifex, Electores et alios Principes se nequaquam ab hoc Imperatore Ferdinando disiuncturos esse, nec passuros, vt bella ciuilia Pontificiis furiis in Germania accendantur. Haec cum de communi Electorum sententia dixisset Georgius Cracouius Legatus Ducis Saxoniae, caeteri Principes adfirmarunt, se probare grauissimum consilium Electorum, nec se passuros esse, vt ab eis disiungantur.

Nomina Inscriptorum.

Mense Octobri.

die 18. Alexander Hoenbüch Oringensis.
Christophorus Catschenreutter Culmbachensis.
Johannes Fleischman Wonsidelensis.
19. Guilielmus Curio Reiffenstein } nobiles.
Albertus } Reiffenstein.
Johannes Guilielmus
Johannes Kentman, artis medicae Doctor
Theophilus Kentman, filius Doctoris Johannis Kentman.
Joachimus Kreich, filius Pharmacopolae Torgensis.
Erasmus Nitsch, Scriba ciuitatis Torgensis.
20. Hieronymus Cöler Noribergensis patricius.
Johannes Crebs Noribergensis.
Simon Klüuer Dantiscanus.
Matthias Menius Dantiscanus.
Johannes a Barthen Dantiscanus.
Philippus Hoffmannus Monigspergensis Voitlandus.
Nicolaus Neulingus Tangermundensis.
22. Hermannus Hennigius Frisius.
Michael Klug Trebinensis ex Marchia.
Nobilis et generosus Dominus, Dominus Sigismundus Korczbach Liber Baro auff Drachenburgk vnd Militsch.
Seuerinus Wsyachowsky Nobilis Silesita, Praefectus iam scripti Domini Baronis.
Georgius Marquart Glogouiensis.
Johannes Petzel Freistadtensis.
Petrus Titus Freistadtensis.
Petrus Pecker Freistadtensis.
Abrahamus Wolf Saganensis.

Mense Octobri.

Godfridus Rybisch Wratislauiensis.
Johannes Stussel a Tarnau } nobiles Silesii.
Ernestus Loss a Simsen
Georgius Schmit Görlicensis.
Johannes Gigas ex vallibus Joachimicis.
Erhardus von Gern Regiomontanus.
Wenceslaus Wolf Wratislauiensis.
Valentinus Schmit Nouosolensis ex metallicis vrbibus Hungariae.
Gregorius } Pruck, clarissimi viri D. Gregorii Pruck, Cancellarii, filii.
Philippus
23. Henningus Steiman Hildesheimensis.
Georgius Bermutter Suabachensis.
25. Johannes Freydenthal } Gottingenses.
Justus Mengerhausen
Laurentius Schnepff Cronachensis.
26. Paulus Kerschius Coronensis Transyluanus.
Johannes Crolop Freibergensis ex Misnia.
29. Cyriacus Moriglus Duterstatensis ex Hessorum ditione.

Novemb.

1. Joachimus Thorwerter Gustrouiensis ex Ducatu Principum Mechelberg.
2. Marcus Beyer Getensis ex Voitlandia.
3. Mattheus Francus Saganen: Silesius.
Valentinus Wolf Sagen: Silesius.
Georgius Rendius Belizensis ex Marchia.
Hieremias Jockhart Belizensis.
Leuinus Battus Flandrus Gandauens.
6. Valentinus Quaes Aldenburgensis ex Misnia.
7. Wolffgangus Köle Nurebergensis.
8. Wolffgangus Christophorus a Luttich nobilis Misnlacus.
9. Johannes Qwiathkowsky Polonus.
10. Petrus Lassota nobilis Polonus.

Novemb.

19. Hermannus Hoiger Husensis ex Holsatia.
Casparus Hoiger Husensis, frater.
23. Henningus Boetius Ditmariensis.
Nicolaus Fuchsius Ditmariensis.
26. Jacobus Forsterus Noribergensis.
Andreas Pfeufferus ex oppido Hertzogaurach.
28. Warmundus de Eck nobilis Bauarus.
Christophorus Agricola Ingolstadiensis, minister ipsius.
Erasmus Nicolai Suecus.
Petrus Michaelis Suecus.
29. Petrus Rodardus de regione Hannoniae et Vallensene ciuitate.
Moises a Bernstein nobilis Misnen.
Generosus et Illustris Dominus, Dominus Wenzislaus, Dominus in Ostrorog, Comes Polonicus.
Generosus et Illustris Dominus, Dominus Johannes, Dominus in Ostrorog, Comes Polonicus.
Andreas Baliczky nobilis Polonus, minister Dominorum.
Jacobus Zeroslawsky nobilis Polonus.
Blasius Adamus Neudenburgensis Prutenus.
Johannes Misenus Aldenburgensis.
Joachimus Stoisloff Gustrouiensis ex Ducatu Megalop:
Bernardus Eckel Smalkaldensis *).
Chiliauus Rauschius ex oppido Heuchen.

Decembr:

3. Nobilis et Generosus D. D. Johannes Baro a Kitlicz et Dominus in Crain inscriptus.
Johannes Dörsell ab Olsnitz, minister Domini a Kitlitz.
Christophorus Enobardus Bolislau:

*) Eckelii nomen cruce signatum est.

Decembr:

Philippus Tentzer Hallensis ex Salinis Saxonicis.
5. Jonas Paludanus Tunderensis Holsatus.
6. Johannes Leopoldus Cygnaeus.
7. Georgius Reischel Filseckensis ex Palatinatu superiore.
10. Casparus Schutz Islebiensis.
13. Adamus Coppe Frisaccensis ex Marchia.
Martiuus Wolterus Wusterhusensis ex Marchia.
Gabriel Sagittarius Hallensis ex Salinis Saxonicis.
Daniel Sehusanus frater } Hertzbergenses.
Philippus Sehusanus }
Lucas Kybler ex pago Grendorf sub ditione Baronum a Teupitz.
14. Reimarus Hentze Ditmariensis.
15. Johannes Alberus Noribergensis.
16. Georgius Gleisser nobilis Styrius.
18. Franciscus a Gera nobilis ex Carinthia et superiore Styria.
19. Cunradus a Quitzow nobilis ex Marchia Prigniceusi.
Lucas Santouianus Vngarus.
24. Burchardus Arnicke Hanouerensis.
Henningus Brandis Hildeshaimensis.
Johannes Funcius Hanouerensis.
Cunradus Remerus Hildeshaimen:
27. Valentinus Denhart Magdeburgens.
Hieronymus Denhart Magdeburgen.
Panthaleon a Wismarck Nobilis ex veteri Marchia.
28. Johannes Henricus Gandauensis ex Belgico.

Januar.

2. Demetrius Rimastzetzynus Vngarus.
Georgius Gontzinus Vngarus.
4. Melchior Peschk Gubenensis } Silesii.
Martinus Gigas Gubenensis }

Januar.

7. Balthasar } Schemmel Hertzbergen-
Martinus } ses.

14. Matthias Heller Cremsensis Austriacus.

15. Georgius Polner Leitschouiensis Vngarus.

16. Jodocus Hailmanni Herbornensis ex comitatu Nassauiensi.

17. Philippus Frisius Dantiscanus.

18. Melchior Coch Crotcouiensis Silesius.

20. Franciscus Lanckau Maddeburgens.

Laurentius Molitor a Witting ex Ducatu Luneburgensi.

21. Valentinus Cramer Burnicensis prope Rhepinum in Marchia.

27. Johannes Sehusius Sindorpius ex Ducatu Juliacensi.

29. Georgius Zolner Jenensis, in gratiam D. Rectoris gratis.

30. Martinus Meier Bremensis.

Matthias Wyhelmus Vngarus.

Albertus Agriensis Vngarus.

Februar.

1. Wilhelmus Seuerus Holsatiensis.

4. Caspar Nitze Stolpensis Pomeranus.

8. Wentzislaus Ecker Pilmensis Boiemus.

12. Philippus Maigerius Pressatensis Bauarus.

15. Paulus Eychler Geringswaldensis apud Leisnick.

Thomas Schönander Plauensis.

Johannes Dutschuer Collersdorffensis apud Stolpen.

Johannes Buchman Rhodensis.

Elias Lauterbach Bernsteinensis.

Johannes Kempff Aldenbergensis.

Wolfgangus Lauterbach Bernsteinen. ddt. 3 gr.

20. Johannes Buxerius ex minore Britannia Galliae.

Februar.

21. Elias Tarsilius natus ex minore Britannia Galliae.

23. Martinus Dresler Wimariensis.

Isacus vom Treguet ex minore Britannia Galliae.

27. Casparus Cornerus Smidebergen.

28. Wolfgangus Hildner Nabelburgensis Bauarus.

Lucas Cniper Regiomontanus Prutenus.

Martii.

1. Johannes Rincke Mundensis ex Ducatu Brunswicensi.

4. Simon Eilberus Olsnicensis.

Matthias Sprenckel Wormaciensis.

5. Valentinus Schreiber Budissinus.

6. Samuel Aquarius Spondauensis ex Marchia.

Franciscus Mimerus ex Torna ciuitate Prussiae.

7. Mattheus Salige Borggensis.

Ludolphus Boickestrius Brunswigensis.

Georgius Vesenus Lycopezanus ex Wolfenbutel.

Martinus Schriderus Brunsuigen.

Bertholdus Schrimpherus Mindensis.

Johannes Georgius Nobil. a Planitz.

10. Theodorus Eberardi Frisius Geuerensis.

Michael Fabri Cibingensis Transyluanus.

Johannes Gendesch Heldensis Transyl:

Laurentius Bombrecher Wirdalbinus Transyluanus.

Simon Sutoris Wyrdalbinus Transyluanus.

Thomas Vrsinus Stoltzenburgensis Transyluanus.

13. Christophorus Ruhlack Tribulensis.

Gregorius Blönsdorfius Pritzensis.

Martii.

Johannes Stoss Magdeburgensis.
14. Georgius Schlibner Witebergensis.
18. Christianus Schilher Wasserburgensis ex Bauaria.
19. Georgius Creglinger ex Meinpernheym. Francus.
21. Johannes Peschel ex Riedt oppidulo Bauariae.
25. Michael Lingel Viennensis Austr.
28. Leonhardus Cobs Pressatensis ex Palatinatu superiore.
29. Fridericus Rodt Mansfeldensis, filius ludimagistri.
Casparus Carrarius Islebiensis.
Johannes Albertus Islebiensis.
Valerius Wagner Dresdensis.
Maxaemylianus Wagner Dresdensis, frater.
Christophorus Lemannus Rochlicens.

April.

4. Paulus Christiani Olsensis ex Ducatu Luneburg.
6. Johannes Philippus Brunsuigen.
Viacrius Hoflock ex Westhoffen prope Wormaciam.
Fridericus Philippus Brunswigens.
7. Ambrosius Döblin Rekinensis ex Marchia.
Stanislaus Ptzinsky nobilis Polonus.
Lucas Tchorzensky nobilis Polonus.
Johannes Hinck nobilis Polonus.
7. Gregorius Pecken ex Radtenau oppido Marchiae nouae.
8. Johannes Hecht Gustrouiensis Megalopolitanus.
Georgius Langefeld Rostochiensis.
Johannes Gotschaw Jesnensis, filius scribae cinitatis Jesnensis.
10. Nicolaus Dreuger Lemgensis ex Westphalia.
11. Nobilis Dominus Sigismundus a Landau Austriacus.

April.

12. Demetrius Sybolthius ex Vngaria.
Emericus Hwtzthius Vngarus.
Joachimus Cunrad Soldinensis ex Marchia noua.
Johannes Pytiscus Schwibugianus Silesius.
Georgius Martini Schwibugianus.
Matthias Gnisius Islebiensis.
Martinus Gnisius Islebiensis.
14. Abel a Suechenheim Heidelbergensis.
17. Fridericus Fabricius Reiffenbergensis.
Antonius Fabricius Polinus ex Comitatu Cattenelenbogen.
18. Johannes a Schleynitz in Schleynitz.
Huguldus a Schleynitz in Schleynitz.
Johannes a Schleynitz in Serhausen.
Johannes Huguldus a Sleynitz in Hoff.
Abrahamus a Schleynitz in Hoff.
Johannes Andreas Pyrnensis.
19. Andreas Hardman Hertzbergensis.
Laurentius Zimmermann Vratislauien.
22. Christophorus Carbo Ratisbonensis.
Paulus Clarner Noribergensis.
24. Valentinus Faber Aldenburgensis.
Jacobus Biderman Islebiensis.
25. Martinus Fritsche Lucanus.
Johannes Seurelius Rothensis.
Sigismundus Strophius Arnstattensis.
Georgius Olhaff Islebiensis.
Fridericus Pekedael Brunsuicensis.
Mattheus Schwechten Stendaliensis.
26. Fridericus Faber Coburgensis.
Andreas Portner Ambergensis.
Georgius Könitzer Besnikensis Thuringus.
Cyriacus Wicke Osterwikensis.
Casparus Brandtner Filschoffensis.
27. Georgius Wewerske Vratislau.
Bartolomaeus Buchfurer Freibergen.

April.

Hieronymus Spengler Noribergen.

Johannes } a Diska Finsterwalden-
Otho } ses.

Carolus } a Diska in Diska.
Jacobus }

Cunradus Domnitz Osterburgensis.

28. Johannes Volschouius Gryphiswaldensis.

Johannes Petri Aldenburgensis Holsatus.

Nicolaus Pechlin Freimariensis Holsatus.

Johannes Reinstein Naumburgensis.

Johannes a Brietzke nobilis natus iuxta Brandeburgum.

29. Andreas Laurentius Landspurgensis Bauarus.

Leonhardius Curtius Kaufbeyrensis.

Conradus Maschkman Stadtensis.

Gratis Inscripti.

1. Adamus Griphius ex vallibus Joachimicis.

9. Martinus Emkel Schonbachensis minister in domo D. G. Maioris.

Petrus de Raimbaucourt Amblanensis Picardus.

Johannes Schmit Laubenensis ex Lusatia 25 Decembr.

Johannes Ehinger Suandorffensis ex Palatinatu superiore 30 Decemb.

Ambrosius Zickerman Elbingensis Prutenus 1 Janu:

Pancratius Drunckel Viennensis 10 Janu:

Antonius Bawr Noribergensis 7 Martii.

Johannes Abel Kurbergensis ex comitatu Nassouiensi 8 Martii.

Matthias Görlitz Sonneualdensis 12 Martii.

Johannes Hartman Crimnitzensis. 15 Martii.

Petrus Aeander Semperman Colditzensis 12 April.

Nicolaus Siderus Vrdenduuiensis Polonus 13 April.

Petrus Curo Woldenbergensis ex Marchia 14 April.

Petrus Gese Bretzensis ex Marchia 14 April.

Hieronymus Schultis Görlicensis 21 Aprilis.

Andreas Tribigk Sidensis 26 Aprilis.

Simon Jener ex Closterneumburg Austriacus 28 April.

Franciscus Strigoniensis Vngarus vltima Aprilis.

Paulus Walckmoller Witebergensis eodem.

260.

Anno

postquam Filius Dei Dominus noster Jesus Christus natus est ex virgine Maria Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo nono, die Sanctorum Apostolorum Philippi et Jacobi, quae est Cal. Maii, electus est Rector Academiae Witebergensis Illustris Dominus Christophorus Baro a Donaw, cuius familia origine prima longa et peruetusta maiorum serie attingit veteres Dominos terrae Mysorum et sedes primas habuit ad Albin et montes Sudetes, qua limitis constituuntur terrae Mysorum et Lusatiae superioris, quas quidem familia adhuc retinet. Additus est vice Rector Reuerendus et clarissimus vir Georgius Maior, sacrae Theologiae Doctor et in hac Academia Professor.

Hoc semestri Ferdinandus Imperator dimisso conuentu Augustano rediit in Austriam. Germania tranquilla fuit. Anni initio pridie Calendis Januarii diem extremum clausit cum vera, perpetua et ardente inuocatione Dei aeterni patris Domini et Saluato-

ris nostri Jesu Christi Inclytus Rex Danorum Christianus, extinctus doloribus tumefacti splenis. Fuit huius Regis excellens sapientia, virtus, moderatio et pietas erga Deum et Ecclesias, quas repurgatas a coeno falsarum opinionum et ab idolis Pontificiis, instaurauit et benigne fouit ac tutatus est. Excitauit et studia literarum in Academia Hafniensi, collocatis eo omnium disciplinarum professoribus, et fuit tota eius gubernatio tranquilla, moderata ac salutaris ita, vt multis annis Regnum Daniae nun quietius fuisse existimetur quam sub hoc Rege. Hunc sequutus est die 25 Januarii Christiernus Rex mortuus in carcere, in quem fuerat coniectus a Proceribus Regni, cum repetere armis conaretur Regnum, de quo fuerat eiectus. Dies 12 Februarii sustulit Ottonem Henricum Palatinum ad Rhenum, Electorem Imperii etc., in quo cum tota posteritas Philippi Palatini inde vsque a Ludouico Barbato, Ruperti Regis Romanorum filio, quae numerosa fuit, defecisset, haereditas deuoluta est ad posteros fratris Ludouici Barbati, scilicet Stephani Bipuntini, et successit Fridericus Palatinus ad Rhenum, Comes Valentiae etc., Dominus in Simmern etc.

Fridericus Danorum Rex patre Christiano mortuo auxiliis Ducum Holsatiae patruorum Johannis et Adolphi, bellum intulit Ditmarsis, quos ex nominis ratione consentaneum est reliquias esse veterum Teutonum et Marsorum, qui cum Cimbris in Romanos infesta arma mouerunt. Causa belli fuit contumax recusatio subiectionis et obedientiae, ad quam Ditmarsi decreto et mandato Imperatorum obligabantur, cum antiquae libertatis et licentiae amore ac studio, nouae atque inusitatae seruitutis iugum subire graue ducerent et bis antea idem similibus bellis ipsis intentatum non infoeliciter a sese depulissent, caesa magna parte nobilitatis Holsatiae ac libertate defensa et tunc etiam certa fiducia paludosae regionis circumfluis ac perfluis aquis natura munitae, successus eosdem falsa spe sibi pollicerentur. Hos ergo duobus praeliis victos et in extremas angustias adactos coegit acceptis conditionibus et legibus, quae praescriptae fuerunt Ducibus Holsatiae sese subjicere. Bello foeliciter confecto tandem Mense Septembri Hafniae solenniter in Regem Danorum coronatus est, festiuitatem publicam ornante et sua praesentia et numeroso ac splendido nobilium suorum comitatu Augusto Duce Saxoniae Imperii Electore etc., sororis marito.

Mense Junio Philippus Hispaniarum Rex, Caroli V. filius, post factam cum Henrico Gallorum Rege pacem, misit ad eam iureiurando sanciendam Legatos in Galliam, Ducem Albanum ex Toletanorum Regulorum familia, Principem Aurengiae Wilhelmum, ex Comitum Nassaensium familia, et Dominum Egmondanum. Juramentum praestitum est Parisiis die 8 Iunii in templo Diuae Mariae, quod cognomento Notterdamae celebre est. Postea die 18 Junii secundum pacta et conuenta desponsata est Philippo Hispaniarum Regi absenti filia primogenita Henrici Galliarum Regis in manus Albani Ducis, et die 28. post Emanueli Philiberto Allobrogum Duci praesenti soror eiusdem cum promissione restitutionis in Ducatum, qui tenebatur a Regibus Gallicis partim, partim a Bernatibus. His peractis cum et conuiuia regio apparatu exquisitissime instructa et spectacula alia ac certamina equestria vt fit in publicis congratulationibus plurima celebrarentur, factum, ut Galliarum Rex die 30. Junii in ludo equestri quater victor, quinto congressus cum quodam suae cohortis Praefecto Lorgio lethale vulnus acceperit in capite, fragmento aduersae hastae per

sinistrum oculum intra tempora adacto, cum quidem et filius natu maximus Franciscus certamini interesset et spectatrices essent matronae excellentes virtute coniunx Catharina Florentina, nata patre Juliano Medice, Laurentii filio, soror Regis, filiae et aliae, quae conspectu huius tam subiti et tristis casus exterritae ac consternatae eruperunt in eiulatus miserabiles, collachrymante toto theatro. Fuerunt et ex vicino carcere spectatores eiusdem certaminis multi praestantes viri Fumeus, Portauus, Dominus de Foes, cognatus Regis et Reginae Nauarrae, atque inter hos sapientia, pietate et virtute excellens Annas Burgensis, Doctor Juris et in supremo iudicio vrbis Parisiorum, quod Parlamentum vocant, assessor, quos paucis diebus ante idem Lorgius ex Senatu et consessu iudicii propter dictam mitiorem sententiam contra eos, qui puriorem religionem amplecterentur et idola pontificia abominarentur, tanquam suspectos de haeresi in carcerem duxerat, mandante id, instinctu Cardinalis Lotharingici, Rege, qui sententias coram et rogauit et audiuit. Hic Regis Gallici casus est insigne exemplum fragilitatis humanae, admonens nos, cum de multis praeceptis, vt sunt: Discite Iustitiam moniti, non temnere Diuos. Στεῖχε δίκαια φρονῶν. Item Necessaria facite. Item Orate, ne intretis in tentationem, tum de poenis iniustae saeuiciae in innocentes, praesertim religionis causa. Rege itaque die 10 Julii ex eo vulnere mortuo Franciscus filius pacem a patre cum Philippo Hispaniarum Rege factam confirmauit, quam vtrique postea redditis, quae alterutris erepta et occupata fuerant in bellis aliquot annorum, sanciuerunt. Reductus est et Allobrogum Dux cum coniuge in Ducatum patrium, Rege adulescente nondum idoneo per aetatem ad Regni administrationem. Summa rerum fuit penes Guisianos fratres, inter quos autoritate antecelluit Cardinalis Lotharingiae, qui mox et edicta contra rectius sentientes de religione et crudelitatem persequutionis exasperauit et autor fuit, vt Annas Burgensis 23 die Decembris condemnaretur ad supplicium incendii, quod et pertulit ille, constanter perseuerans in credita confessione et ardente inuocatione Filii Dei. Hac crudelitate irritatis Gallorum animis, sequutum est, vt et fremitus oriretur per totum regnum aduersus Cardinalem et omnia ad motus et seditiones viderentur spectare.

Hac eadem tempestate Liuonii desperantes de auxiliis ab Imperio Germanico, contra vicinos hostes, metu propinquae et imminentis ipsis potentiae Moscouiticae, defensionem petiuerunt a Polonis, traditis illis aliquot munitis arcibus, Imperii tamen et pristinae libertatis iure saluo et annexa conditione, vt liceret illas, quotiescunque esset commodum, redimere sexcentis millibus. His pactis et conuentis Poloni promiserunt Liuoniensibus socia auxilia vel συμμαχίαν et praesidiis deditas arces occuparunt.

Die 18 Augusti hydrope extinctus est Paulus IIII. Pontifex Romanus, senex delyrus, ebriosus et turbulentus. Vix expirauit, cum in tota vrbe Roma ingentes extiterunt motus, aliis deposcentibus cadauer Pontificis ad rogum, aliis de effractis per vim carceribus captiuos extrahentibus, qui religionis causa detinebantur. Statuae Caraffarum et omnia publica eorum ornamenta tota vrbe deiecta et in Tyberin praecipitata sunt. In eius locum suffectus est Johannes Angelus Medices Mediolanensis, frater Jacobi Medices Marchionis Marignanae, Cardinalis S. Stephani in coelio monte, qui mutato nomine Pius vocatus est.

Eadem aestate duo Solymanni Turcici Imperatoris filii Baiazetes et Selymus dimicarunt inter se ad Amasiam, Metropolin Cappadociae, quod in imperio pater natu maximum praetulisset. Baiazetes victus, amisso quadraginta millium virorum exercitu, confugit ad Persas.

Nomina Inscriptorum.

Mense Maio.

2. Nicolaus Olerus Vrsalianus.
Donatus Gros Mugellensis..
Georgius Truchses de Wetzhausen Nobilis.
Wolffgangus Christoff Stieber de Butenheim, Nobilis.
Conradus Fröschel Moser Memmingensis.
Johannes Seidel Glogauiensis.
Georgius Rantzbach Goltbergensis.
Bonifacius Pistor Artariensis.
Johannes Bicardus Bombergensis.
Georgius Blancus Temarensis.
Johannes Cella Hamburgensis.
Johannes Dauorde Hamburgensis.
Johannes Leo Holsatiensis ex oppido Wiestrio.
Christophorus Hoierstorff ex Flensburg.
Johannes Adelphos Hoxariensis.
3. Michael Grunewalt Monsterbergen.
Marcus Muller Monsterbergensis.
Andreas Kirpicher Oderensis.
Wolffgangus Kempff Witebergensis.
Johannes Niger Jessensis.
Andreas Geman Witenbergensis.
Felix Leman Sonnenwaldensis.
4. Nathanael Wenmarick Vltzensis.
4. Johannes Schwartzwalt Gedanensis.
Michael Scherll Hersburgensis.
10. Johannes Mullerus Elrichensis.
Johannes Boie Bitterfeldensis.
Martinus Albrecht Lucensis.
Johannes Golthammerus iunior Egranus.
Wolffgangus Raspe Weisenstatensis.

Mense Maio.

Nicolaus Pflaum Hilperhausensis.
Laurentius Scharrer Nurnbergensis.
Hieronymus Spangeberg Kindelbruccensis.
Johannes Hoppius Elsensis Silesius.
11. Samuel Kloist Pomeranus nobilis.
Wilhelmus a Stockheim Rinckauiensis Nobilis.
Dauid Schlodicerus Oelsnicensis.
Matthias } Vriel } Kremeri Vienenses.
Carolus Rosenkrantz Sempronianus Pannonius.
14. Johannes Roderus Curiensis.
Christophorus Armasma Frisius.
Johannes Hopff Zwickauiensis.
Simon Schonfelt Lucanus.
15. Nicolaus Vogel Schmalkaldensis.
Joachimus a Bacewitz Mekelburgen.
Josua a Potkamer Pomeranus.
Isaac Schala Pomeranus.
16. Johannes } Alexander } Christianus } Dufft, fratres, Witebergen.
Bartholemeus Friderich Bitterfeldensis.
Valentinus Eschenholtz Coswicensis.
17. Stanislaus Gomolonsky Polonus Nobilis, Castellani Spicimiriensis filius.
Nicolaus Christoborsky polonus nobilis, Notarii generalis terrae Sirradiensis filius.
Georgius Laurentii Cracouiensis.
Petrus Krugerus Brunswicensis.
Sebastianus Faber Sprengebergensis.

Mense Maio.

Thomas Dür Ortrandensis.
Jacobus Michael Budissinus.
Zacharias Copicer Budissinus.
Henricus Birkicht Magdeburgens.
18. Hieronymus Messerschmidt Stenensis.
JoachimusWoldemanOsterburgensis.
Sabellus Kemnitz Pritzwaldensis.
Georgius Krause, Petrus Barnerus, Andreas Kremergk, Andreas Ransdorff — Kembergenses.
Christophorus Drantzschka Kembergensis.
Johannes Pelizerus Dantiscanus.
19. Johannes Kurndes Hauelburgensis.
20. Paulus Fleischmann Brandeburgen.
Michael Pontanus Arnswaldensis.
Johannes Heidenreich Talensis.
Tobias Hemiartus Saganensis.
Basilius Hiemeir Nordlingensis *).
22. Andreas Kretzmerus Werdensis.
Gerardus Maior Hadelensis.
Paulus Wolffius Nurnbergensis.
23. Sigismundus Badehorn Misnensis.
Simon Pirch Pomeranus Nobilis.
Georgius Schwabe Pomeranus Nobilis.
24. Christophorus Koppe Goltzensis.
Philippus Pauli Cellensis.
Georgius Radeken Waltzrodensis.
26. Johannes Pollex Mulbergensis.
Gregorius Mumenius Zerbstensis.
Petrus Kersten Zerbstensis.
Johannes Bulman Zerbstensis.
27. Henricus Wichald Bremensis.
Johannes Hermanni Dietmariensis.
Simon Nag Zernanho Vngarus.
Georgius Copaei Vngarus.
Johannes Cörner Mansfeldensis.

Mense Maio.

Sebastianus Detscher Hetstetensis.
Sebastianus Schopfer Hetstetensis.
28. Matthias Nibsky Polonus Nobilis.
Johannes Trzebowsky Polonus Nobilis, nepos magnifici Domini Nicolai Trzebowsky, Subcamerarii sacrae Maiestatis Regiae Poloniae.
Stanislaus Sokolowsky.
29. Nicolaus Schutz Quedelburgensis.
Andreas Leen Duderstadianus.
Simeon Meinitz Quedelburgensis.
30. Georgius Mauritius Norenbergen.
Georgius Palma Noribergensis.
Johannes Greslingus Carponensis.
Gregorius Peucerus Budissinus.
Thomas Schindler Carponensis.
Franciscus Güldenstern, filius Magni Güldenstern, Equitis aurati et locum Regis Daniei tenentis.
Petrus Petreius Haffniensis Danus.
31. Hermannus Schmid Husensis.
Jacobus Hoier Husensis.

Mense Junio.

2. Johannes Pellionis Mediensis.
Laurentius Vertor Mediensis.
3. Johannes Vurem Magdalensis Turingus.
4. Johannes Andreae Wibergius Danus.
5. Georgius Weddigen Warbargensis.
6. Georgius Koppehl, Elias Bergman, Benedictus Leiske, Matthias Bromius, Elias Bartel — Guterbocensis.
Johannes Colonus Guarinus.
Johannes Cöler Patricius Noribergen.
7. Richardus Stromer Frisius.
Johannes Amaseder, Andreas Küler — Kembergenses.
Simon Leo Quedelburgensis.
Paulus Faber Gottanus.

*) Adscr. „exclusus.“

Mense Junio.

Johannes Schuman Hallensis, filius M. Benedicti, Pastoris Ecclesiae Halensis.
Martinus Geisler Sibyllinensis.
Christianus Arcularius Francofordiensis.
Anastasius Weller Francofordiensis.
Philippus Figulus Naumburgensis.
Bonifacius Leise Franckenhusensis.
Jacobus Henricus Vinariensis.
Esaias Hoffman Hallensis.
Hieronymus Drackstet Hallensis.
8. Laurentius Fruauff Reichenbachensis.
Andreas Kulau Magdeburgensis.
Petrus Budanus Antwerpiensis.
Nicolaus Budanus Antwerpiensis.
Mattheus Lemannus Nimecensis.
Johannes Finck Dillenbergensis.
9. Lucas Schifelbein Stetinensis.
Zacharias Agnellus Namslauiensis Silesius.
Henricus Soldanus Bardensis Pomeranus.
11. Johannes Setrba Sesimicenus Boiemus.
13. Matthias Hertlofius Zerbstensis.
Joachimus Gotzius Mindensis.
Johannes Goltschmid Oldenburgensis.
Thomas Ringius Namslauiensis Silesius.
16. Christophorus Ridebergk Vbingensis.
Fridericus Molckenbur Schwollanus.
Casparus Sippelius Curiensis.
17. Daniel Steurlin Schmalkaldensis.
19. Johannes Kesselhut Trebnicensis Silesius.
Johannes Notnagel Hilperhusanus.
Andreas Schato Torgensis*).

*) Adscr.: „Med. D. Fac. Prof. ac Senior Witteb., tertium Rector ao. 1581, 1593 et 1599."

Mense Junio.

21. Nicolaus Sack Nobilis.
Michael Mulsteln Pegauiensis.
Stanislaus Lanskorunsky, filius Illustris Domini Baronis Hieronymi Lanskorunsky Capitanei Scalensis.
Georgius Niemsta Nobilis Polonus.
Balthasar Liesseswky Polonus.
Johannes Krasowsky Polonus nobilis.
Stanislaus Zborbowfsky Polonus nobilis.
22. Christophorus Strigelius Klitzensis.
Jodocus Bleker Hildeshemensis.
Joachimus Sengespeck Kirizensis.
Georgius Magod Kirizensis.
23. Mattheus Eckardus Jessensis.
25. Valentinus Bruner Joachimicus.
26. Dauid } Herolt fratres Lipsenses
Philippus }
27. Hermannus Maior Dippoltensis.
30. Johannes Bernsteiner Olmutzianus.

Mense Julio.

1. Jacobus Rode Kembergensis.
Andreas Schilling Kembergensis.
Ambrosius Rode Kembergensis.
Henricus Cunrad Luneburgensis.
Dauid Gallus Ascaniensis.
Christophorus Gadolt Croata.
Johannes Hartmannus }
Sebastianus Hartmannus } fratres Austriaci Viennenses.
Andreas Hartmannus }
Balthasar } Fuessel Crennicenses fratres.
Johannes }
Michael Nachtreuden Magdeburgen.
3. Michael Kempter Nissenus.
4. Johannes Sibelius Freudebergensis.
5. Matthias Harpe Linoniensis.
6. Christianus Bonifacius Lubecensis.
Paulus Creusing Stolbergensis.
8. Hieronymus Wilhelmi Dinckelspulhensis.
Carolus Suppeling Zerbstensis.

Mense Julio.

9. Nicolaus Meier Perchamensis.

11. Matthias Olscherus Carponensis Pannonius.

Adamus Molitor Gisnensis.

Augustinus Kun Pretinensis.

Johannes Choteborsky de Teutonica Broda Boemus.

Laurentius Erhart Schmalcaldensis*).

13. Bartolomaeus Frencelius Kotensis.

Casparus Eisengart Kunigshofensis.

Martinus Boxberger Kunigshofensis.

Johannes Birckenhan Wratislauiensis.

15. Joachimus Kruger Kiricensis.

16. Johannes Grell Ratenauiensis.

Johannes Ebel Kiricensis.

17. Casparus Praetorius Lignicensis.

Gebhardus a Bern Offenburgensis Nobilis.

18. Julius Komerstadius Praepositus Ecclesiae Misenae, filius clarissimi viri Doctoris Georgii Komerstadii.

Johannes Demetrius Solikouius Nobilis Polonus.

19. Christophorus Bossenius Lichouiensis.

20. Martinus Georgius Milstrigensis.

Philippus Landelius Wormacensis.

21. Gerardus Schuel Treptauiensis.

22. Nicolaus Hoffman Kittingensis.

24. Chilianus Goss Danus ex Fronia.

Conradus Zisenius Menercusianus.

25. Johannes Bierstet Salwedelensis.

Johannes Lidick Gutstadiensis Prutenus.

26. Dauid Ferckel Eilenburgensis.

27. Antonius Krumfus Witebergensis.

29. Andreas Dibbe Guterbocensis.

30. Theodorus Runner Bremensis.

*) Erharti nomen cruce signatum est

Mense Julio.

Henricus Witmerus Bremensis.

31. Wilhelmus Schutten Goslariensis.

Johannes Theodorus Lissensis.

Conradus Schmaltz Hallenburgen.

Casparus Herruschwager Smalkaldensis.

Mense Augusto.

2. Johannes Lucius Bremensis.

5. Paulus Reinholt Cygneus.

6. Johannes Libaldus Marienburgensis Prutenus.

10. Nicolaus Geislerus Cygnaeus.

11. Henningus a Dam Brunsuicensis, filius clarissimi viri D. Henningi Consulis.

Henricus Adenstet Brunswicensis Patricius.

Vrbanus Lipachius Finsterwaldensis.

12. Henricus Paulinus Frisius.

Arnoldus Holstenius Frisius.

Henricus Schilling Wessaliensis.

Martinus Sura Badebornensis.

14. Valentinus Achterman Goslariensis, filius D. Johannis Achtermans Consulis.

16. Johannes Schultetus Franckfordiensis ad Oderam.

Johannes Fuchs Bremensis.

19. Georgius Ninerus Rigensis.

Christianus Miccius Rigensis.

Henricus Saleburgius Rigensis.

Casparus Buglerus Wendensis ex Linonia.

Judocus de Cralen Linoniensis.

22. Valgerus Francisci Suecus.

Magnus Suenonis Suecus.

26. Jacobus Wibenius Stolpensis Pomeranus.

27. Wenceslaus Reich Freistadiensis Silesius.

Johannes Catullus Gottingensis.

Hildebrandus Elffeke Gottingensis.

Mense Augusto.

28. Christianus Schreigelius Holsatus.
30. JohannesScheleBardensisPomeranus.
Franciscus Oenicken Giffhorniensis.
31. Jacobus Kundler Monacensis.
Michael Wachenbach Lorensis.

Mense Septembri.

2. Johannes Strencius Melwicensis.
Martinus Dobertzin Magdeburgensis*).
Johannes Bentzinger Temarensis.
3. Tilemannus Custos Gardelebensis.
Johannes Bochus Hamelensis.
4. Johannes Praetorius Cellensis.
Jacobus Brescher Lumnitschiensis.
7. Jacobus Schwinka Opeliensis.
9. Julius Fritsch Misnensis.
Georgius Runtzler Mitwedensis.
Joachimus Runtzler Mitwedensis.
11. Georgius Engelhartus Neustatensis.
Johannes Opel Transyluanus.
Alexander Multerus Frankenbergensis ex Hassia.
12. Petrus Faber Cygneus.
Jodocus ab Hogoia.
Paulus Junge Ditmariensis.
13. Petrus Besnemus Hungarus.
Thomas Kommerman Hamburgensis.
Martinus Heitkamp Hamburgensis.
Johannes Trogk Hamburgensis.
14. Joachimus Gauttcho Hierichensis.
Petrus Montag Brandeburgensis.
15. SebastianusPichseliusRatisbonensis.
Jobbus Sarctor Augustanus.
Balthasar Knor Vieonensis.
Georgius Robel Ratisbonensis.
16. Henricus Cocus Lubecensis.
Thomas Crammerus Husselliauensis Turingus.
Martinus Otto Coldicensis.
Cunradus Hincks Hetstetensis.

*) Dobertzinii nomen cruce signatum est.

Mense Septembri.

22. Vitus Gerlinges Hoxariensis.
25. Jacobus Gregorius Zerbstensis.
Johannes Holtman Knisebeccensis.
Johannes Orniander Erfordiensis.
Justus Beustmannus Radingkusensis.
Johannes Olpke Helmstedensis.
HenricusBlumentalBarchtehedensis.
Zacharias Balhorn Giffhordensis.
Georgius a Nostitz nobilis Silesius.
28. Andreas Scharffschon Quedlingburgen.
Adamus Frantzky Caruonensis Silesius.
Casparus Schwab Leobergensis.
Gregorius Tilo Lignicensis.
Valentinus Borman Goltbergensis.
Jacobus Balthasar Basiliensis.
Casparus Reusserus Stenauiensis.
Casparus Kyfer Goltbergensis.
Stanislaus Wentzel } Goltbergenses.
Jacobus Vngarus } Goltbergenses.
30. Bertholdus Maschkius Hoxariensis.
Hieronymus Kokan StinensisSilesius.
Andreas Langus Nissensis.
Georgius Faber Jessensis.
Johannes Faber Jessensis.
Henricus Schmoi Lubecensis.

Mense Octobri.

2. JoachimusSoltwedel Osterburgensis.
3. Jodocus Algesheimius Gruningensis.
4. Johannes Schultetus Bauschius Stenauiensis.
Jacobus Maior Beinensis.
Johannes Georgius a Crosick.
Laurentius Schilling.
Mauritius Halke.
6. Carolus } Pycraeus Vlmenses.
Itellus } Pycraeus Vlmenses.
Petrus } Pycraeus Vlmenses.
Jacobus Grachus Vlmensis.
Johannes Faber Parchwizensis Silesius.

Mense Octobri.

Wolffgangus Remel Olsnicensis.
Johannes Rithauser Noribergensis.
7. Andreas Weiber Schwartzensis.
Georgius Hettfelder Kittingensis.
9. Johannes Engelhart Bambergensis.
Johannes Heibergerus Weissenburgen.
Hieronymus Kolp Wrissenburgensis.
Johannes Heiner Koburgensis.
Ericus Magni Norwegus.
10. Christophorus Fuger Tirsenreidensis.
Johannes Hoffmannus Noribergensis.
Georgius Rugerus Tirsenreutensis.
11. Fridericus de Leschebrand Saroensis.
Andreas Gross Aurbachensis.
Rupertus Wolff Cygnaeus.
Hieronymus Schirmer Waldenburgensis.
12. Hieronymus Schaller Noribergensis, filius Doctoris Hieronymi Schalleri.
Adam Scharffenbergk Franckenhusanus.
Gotfridus Meier Ottingensis.
13. Hieronymus Seiler Leobergensis.
Johannes Georgius Maiefisch Wormaciensis.
Petrus Loer Eltfeldiensis.
Justus Belerus Eldauianus.
Jacobus Reinharterus Eldauianus.
Georgius Faber Noribergensis.
Hieronymus Augustus ab Holtzhausen Franckfordiensis.
Hieronymus zum Jungen Franckfordiensis.
Paulus Werniche Prutenus.
Bartolemaeus Sybertus Elbingensis Prutenus.
Casparus Damnitz Elbingus Prutenus.
14. Daniel Schöps Swidnicensis Silesius.
Joachimus } Petrus } Morsky Poloni, fratres nobiles.
Israel Grabner Cygnaeus.

Mense Octobri.

Jonas Kostius Hallensis.
Johannes Klarner Noribergensis.
15. Georgius Albani de Cyrkei, nobilis Hungarus.
Johannes Oschkai Hungarus nobilis.
Michael Fidler Vallensis.
Johannes Eringius Schmollensis.
16. Antonius Husken Wesphalus.
Otto ab Hofell Westphalus *)
Waltherus a Brenen Dauentriensis.
Thomas Schindel Posnaniensis.
17. Georgius } Johannes } Drachstat, nepotes vicerectoris D. Georgii Maioris.
Georgius Crellius nepos vice Rectoris D. Georgii Maioris.
Quirinus Dalman Pesnicensis.
Sebaldus } Johannes } Schweiker Isenacenses fratres.
Adamus Slutzky a Chlum Boemus nobilis.
Wolffgangus Heineman Northusianus.
Johannes Göckerlin Norlingensis.
Johannes Puffer Hilperhusanus.
Laurentius Vilhaldius Holsatus Haderslebiensis.
Laurentius Petri Haderslebiensis Holsatus.
Antonius Pasbergius nobilis Danus.
Jacobus Wegner Noribergensis.
Johannes Brehm Noribergensis.
Michael } Joannes } Pollinger Zerbstenses, fratres.
Michael Elling Hallensis.

Gratis Inscripti.

Mense Maio.

6. Casparus Calmus Werbensis.
Johannes Besental Pomeranus.
Theodorus Vilwartus Aquensis.
23. Melchior Geise Wittebergensis.

*) Adscr.: „Periit vna cum Palatino Christophoro. Anno 74."

Mense Junio.

6. Tiburtius Henniken Guterbocensis.
Foelix Hentz Guterbocensis.
7. Jacobus Gerichen Zanensis.
8. Bernhardus Cunradus Hanensis.
Leonhardus Lamb Sigensis.
25. Lucas Wacker Arnzehensis.
Valentinus Bube Hauelburgensis.
26. Casparus Wolff Plauensis.
30. Joachimus Schultz Lichensis.

Mense Julio.

5. Johannes Knotz Schrobenhausensis.
8. Johannes Mumenius Zerbstensis.
13. Simon Mirisch Toronensis Prutenus.
18. Christiernus Schultes, filius D. Seuerini Schultes, Pastoris Belgerani.
25. Marcus Ziglerus Ingolstadiensis.

Mense Augusto.

21. Christianus Geise Witebergen.
22. Michael Klein Lignicensis.
Oswald Bulau Meckelburgensis, minister generosi D. D. Christophori Burggrauii a Dohn Baronis Rectoris.

Mense Septembri.

Stanislaus Grauerus Ilcossiensis.
Georgius Leman Bischoffswerdensis.
Petrus Judex Zerbstensis.
Jonas Colmbach Magdeburgensis.
Johannes Krummerling Dinkelspuhelensis.
Laurentius Göbel Cygneus.
Abraham Ziglerus Witenbergensis.
Dauid Vopelius Hallensis.

Summa 413.

Anno

Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo nono a nato Jesu Christo ex Maria virgine Die XVIII. Mensis Octobris, qua celebratur memoria Lucae Euangelistae, electus est in Rectorem Academiae vir clarissimus, doctrina, virtute et prudentia praestans Georgius Cracouius, J. V. Doctor et Professor, Illustrissimi Ducis Saxoniae Augusti Electoris, Sacri Romani Imperii et Archimarschalli etc. συμβουλευτής.

Hac hieme in Germania etsi ex nobilibus Francicis exules, qui Marchionem Albertum sequuti propter illata confoederatis Francicis damna facultates suas amiserant, harum recuperandarum studio clam in vicina Saxonia equites cogere coeperant, quibus confoederatos ex inopinato opprimerent: Tamen res mature animaduersa est, et consilia turbata ac repressae sunt molitiones priusquam erumperent. Pontifex Romanus habito Senatu Cardinalium decretum fecit et de renunciando Rege Ferdinando in Romanorum Imperatorem et de Synodo indicenda, in qua de controuersiis religionis dirimendis et componenda concordia tractaretur. Archiepiscopus Strigonensis in Vngaria permissu Ferdinandi Imperatoris conuocatis vniuersis suae Dioecesis Episcopis et Pastoribus, suspectos de doctrina confessionis Augustanae adegit ad examina, conuictos vel sua confessione vel aliorum testimoniis, et reliquos, qui non comparuerunt, eiecit ex Ecclesiis, quarum quidem plures quam trecentas suis pastoribus orbauit. Imperator ipse sub initium veris grauiter decubuit. In Hispania immaniter saevitum est in eos, qui amplectuntur et profitentur doctrinam puriorem et pontificia idola abominantur, suntque ex ignobilibus partim, partim etiam nobilibus et illustribus personis in valle Doleti, quae est Pincia veterum, cremati super triginta, quorum aliqui supplicium incendii constanter pertulerunt, aliqui ne nutatione quidem sua id declinare et effugere potuerunt. In ea Celtiberorum parte, quae olim Castellanorum sedes fuit,

postea Gottorum et Alanorum, vnde Catta Laniae appellatio reliqua est, nunc vero Cardoniae Ducatus dicitur, tria millia hominum ab inquisitoribus ad rogos condemnata fuerunt. Scoti Gallorum praesidiis regno expulsis, sese in libertatem vindicarunt et abusibus pontificiis abolitis Ecclesias recte constituerunt, imploratoque Anglorum auxilio sese contra Gallorum potentiam munierunt. Galli hanc iniuriam vlturi classe comparata traiecerunt in Scotiam: sed naufragio classis repulsa ac dissipata est. Adolphus Dux Holsatiae ex Saxonia octingentos auxiliares equites in Angliam duxit.

In regno Gallico maximi extiterunt motus. Ad vrbem Ambosium collecta pars nobilitatis Gallicae petiuit, vt Francisco Rege adhuc impubere adimeretur gubernatio regni Guisianis tanquam exteris et alienis, et commendaretur secundum leges et instituta regni domesticis, atque iis inprimis, qui Regem proxime sanguine attingerent, et ne quis propter religionem supplicio capitali afficeretur ante explicatas et definitas legitima synodo controuersias. Ad hos compescendos missi sunt a Guisianis exercitus, quibus adiunctus fuit Franciscus Oliuarius, regni Cancellarius. Huius persuasu principes coniurationis venerunt in potestatem exercitus et capite multati sunt, reliqui supplicii exemplo territi diffugerunt. Commouit ea res totum regnum Galliae et paulo post concursu magnae multitudinis Parisiis contra Guisianos motus excitati sunt periculosi, qui cum ad seditionem spectarent, decursum est a Guisianis ad hoc consilium, vt promulgarentur regio nomine edicta, quibus sanciretur ἀμνηστία et deleretur memoria praeteritorum omnium et exulibus concederetur reditus, spoliatis promitteretur restitutio ereptarum facultatum de publico, sed ea conditione, ne quid in religione publice innouaretur, praeciperetur etiam mitigatio crudelitatis ac saeuiciae inquisitorum. Hoc decretum cum publicatum esset, etsi conquieuerunt tumultus: tamen coeperunt suspecta fieri omnia et metum afferre nouarum insidiarum et maiorum malorum. Haec acciderunt mense Martio.

Die decimo Mensis Nouembris amisit Academia Jacobum Millichium, Doctorem artis medicae et professorem, virum in omnibus philosophiae partibus praeclare eruditum et ornatum omnibus virtutibus et ordinis nostri ingens ornamentum. Anno sequente, id est 1560, die decimo nono Aprilis amisit Academia patrem, patronum, praeceptorem et rectorem suum Philippum Melanthonem, virum naturae bonitate, dotibus eximiis ingenii, rectitudine iudicii, amore et studio proferendae atque explicandae veritatis, christiana pietate, vitae integritate ac sanctimonia, beneficentia erga pauperes, in ferendis iniuriis inuicta et inimitabili patientia, humanitate, prudentia, doctrina, eloquentia praestantissimum, verum Spiritus Sancti organum et omnium sanctarum virtutum viuum exemplum. Venit is in hanc Academiam primum Anno 1518 die 25 mensis Augusti, accersitus ex Academia Tubingensi ad docendas literas graecas a Friderico III. Electore Saxoniae, tum de consilio Johannis Reuchlini cognati ipsius. Excitauit ergo primus in hac Academia studia latinae et graecae linguae et totius philosophiae, quam ad Graecos fontes reuocatam repurgauit, vt scripta docent. Reuerendo viro Doctori Martino Luthero additus παραστάτης*) quam nauarit Ecclesiae operam in emendatione doctrinae sacrae, fraude Pontificum Romanorum et monachorum prae-

*) Adscr.. „Sed nihil contra Zwinglianos molitus: ergo a B. Luthero defecit.“

stigiis corruptae, testantur et scripta quae extant, et certamina quae cum aduersariis sustinuit in conuentibus Imperii annos amplius triginta. Augustanam Confessionem, quae Carolo V. Imperatori exhibita est Anno a nato Jesu Christo 1530 in Comitiis Augustanis ipse scripsit*) et doctrinam Ecclesiae extricatam ex labyrinthis perplexissimarum opinionum et fideliter ac diligenter collectam explicatamque perspicuo et proprio orationis genere redegit in corpus Locorum Theologicorum. Extinctus est autem placidissime inter assiduas preces et assiduos gemitus in complexu suorum febre, quae ἡμιτριταϊκὰς ἐπισημασίας habuit, die decimo nono Mensis Aprilis paulo ante septimam noctis, cum febris primo eum corripuisset die eius mensis septimo. Exuvias certissima et firmissima spe futurae resurrectionis inclusas sandapilae plumbeae Academia sepeliuit in templo Arcis, soluens Patri, Patrono, Praeceptori et Rectori fidelissimo et carissimo et de Ecclesiis et scholis vniuersis, instauratione optimorum studiorum et doctrinae coelestis explicatione et propagatione praeclarissime merito pietatis, et gratitudinis officium postremum.

*) Adscr.: „non scripsit, sed scriptam a B. Luthero tantum uberius expolivit."

Catalogus inscriptorum nomina continens.

Die. Octob.

18. Illustris et Generosus Dominus Adolphus Comes a Schawnburgk.
Johannes a Langen ex equestri familia in comitatu Schawnburgensi, Comitis minister.
Henricus Heshausen Westphalus, Comitis praeceptor.
Paulus Cracouius Witebergensis, filius Rectoris.
Ambrosius Blumbergk a Mewe Prutenus.
Hieronymus et Baldasar Eberhardi, Lucani, fratres.
Dauid Harmannus Berlinensis.
Michael Conarius, Johannes Baflouius } Poloni.
Baldasar Naseltz Pomeranus.
Ernestus ab Alden Nobilis ex Ducatu Luneburgensi.
Bernhardus Wakeman Neopurgensis.
Valentinus Neander Pricensis.
Hieronymus Fhermeister Witebergensis. ddt. 3½ gr.
Melchior Neophanus Brunswicen.

Octob.

Augustinus Thime Bernouiensis.
Andreas Walterus Ratenouiensis.
Matthias Andreas Boleslauiensis.
31. Franciscus Caloander Brunswicen.

Novemb.

2. Marcus Erbar Chammensis.
Johannes Acontius Traublingensis.
Sebaldus Kolachius Grimmensis.
3. Joachimus Rephuen Pomeranus.
7. Nicolaus Kanneuberg Cassulanus.
Bernhardus Lippiensis, Nicolaus Goniaeus Lunschedensis, Andreas Lubeck Nehemensis } Westphali.
Reinbertus, Ecfredus } de Bredeno, fratres, Westphali.
Johannes Willensis.
Reinbertus, Ecfredus } de Bredeno, fratres; Johannes Willensis } Westphali.
8. Adamus Hertorpius Serinensis.
Caspar Fetke Witzstochiensis.
Vestus Bording Fuldensis.

Novemb.

13. Johannes Grudener Stadensis.
14. Jacobus Calunius J. V. Doctor et Rhenatus frater.
Joachimus Kruger Werbensis.
17. Michael Agricola Glogauiensis.
18. Hermannus Hoserman Cellensis.
Laurentius } Johannes } Barba, fratres, Hertzbergenses.
Andreas Horst Franckenbergen.
19. Jacobus Flach Jenensis.
Simon Schmid Grimmensis.
23. Christianus Gudenus Hessus.
Johannes Stippius Hessus.
30. Johannes a Linden Dantiscanus.
Carolus Wulfius Salburgensis.
Christophorus Oberlender Neapolitanus.

Decemb.

7. Johannes Schonermarck Stendalien.
Petrus Guntz Tangermundensis.
8. Abraham Ochsenkopf Neundorffensis.
Nicolaus Koriznisky Polonus.
Thomas Jasper Juterbocensis.
Jacobus Satler Glogensis.
Wichardus de Brem.
9. Christophorus de Thum.
11. Nicolaus Balhorn Lubecensis.
Laurentius et
Johannes Arnoldi, fratres, Freistadienses.
Henningus Connerdingk Hildesiensis.
Gabriel Schwab Fribergensis.
12. Vlricus Fendenheimer Noricus.
13. Christophorus Estermann Hertzbergensis.
Georgius Vrmuller } Albanus Federl } Teckendorffenses.
Cunradus Lutz } Johannes Pferniger } Ratisbonenses.
14. Nicolaus Lantgraff Ilmensis.
Samuel Boss Cubensis.
15. Nathanael Hawer Magdeburgensis.

Decemb.

16. Blasius Nertwitz Heniorhensis.
Johannes Hoffman Heniochensis.
Martinus de Berzewycze.
Petrus Debrecinus Pannonius.
20. Stanislaus } Gabriel } Balitzky fratres Poloni.
Adamus Sidelius Transyluanus.
25. Simon Funck Detmolliensis.
Zacharias a Weminck Hanuwerensis.
29. Johannes Aquila Pragensis.
30. Stanislaus et
Johannes Koszielietz fratres Palatini Siradienses.
Valentinus Kolutzky.
Bartolomaeus a Gembitze.
Demhardus Nagel } Henricus Wick } Michael Steling } Westphali.
Simon Schurerus Falckenauiensis.
Johannes Cadman Niuemontanus.

Ann: 1560. Januar.

1. Christophorus Humagius Delicianus.
4. Albertus et
Hieronymus Semmelbecker fratres Lunaebergenses.
9. Bernhardus Gerling Grenensis.
11. Sebastianus Burcklener Tyrolensis.
Johannes Seligman Spangenbergensis Hessus.
Wolffgangus Hoffmann Munchbergensis.
Johannes Ostrowsky } Nicolaus Czasnothulsky } Poloni nobiles.
Johannes Lutherus Northusanus.
Antunius Gröningensis Frisius.
Johannes Leucam Rumebergensis.
12. Paulus Schlechter Damensis.
Wolfgangus Richter Damensis.
Michael Dobre Lucanus.
JosiasHufnagelViennensisAustriacus.
Baldasar Sibenhär Onolzbacensis
Johannes Baptista Hubner.

Januar.

Olauus Andreae Stegensis Norwegus.
Nicolaus Mittelius Worthemius.
13. Franciscus Matstat Vinariensis.
15. Henricus Rhedius Erphordiensis.
Paulus Paulinus Coronensis Transyluanus.
17. Wilhelmus Eberle Northusanus.
18. Stephanus Mager Noribergensis.
19. Georgius de Gablentz Nobilis Prutenus.
20. Henricus Dracigerus Northusanus.
22. Jacobus Ribe Megapolitanus Nobilis.
24. Daniel et Joachimus } Arnt Magdeburgenses.
Paulus et Bertoldus } Popeius Horstenses.
Daniel Mullerus Burchdorpiensis.
26. Matthias Altgelt Siginensis.
Valentinus Cynerus Rosvinen.
29. Stephanus Wolfart Claudiopolitanus Transyluanus.
Jacobus Bottiger Hertzbergensis.
31. Samuel Praetorius Butstammensis,
Bartholomaeus Praetorius Ewerswaldensis, Clarissimi viri Domini Pauli Praetorii Consiliarii Archiepiscopi Magdeburgensis etc. patruelis.
Petrus Herting Mariaemontanus.

Februa.

2. Nicolaus Harner Danus.
Franciscus Faber Fribergensis, filius Doctoris Antonii Fabri.
8. Lampertus Wacker Magdeburgensis.
Johannes Szuuyogk Vngarus nobilis.
Demetrius Budai Vngarus.
12. Thomas Manicke Wusterhussensis.
13. Johannes Pesti, Andreas Magochi } Vngari nobiles.
Lucas Leo Sibiniensis, Lazarus Raw Schultner } Transyl.

Februa.

14. Melchior Goderitz Lituanus Nobilis.
15. Leonhartus Aretinus Salicetensis.
Raphael Wolffius Sultzbachensis.
Augustinus Streubel Salicetensis.
Paulus Kun, Joachimus Steinborn, Daniel Benisch, Joachimus Molitor } Kirchanenses.
Johannes Wolffius Butzbachensis.
16. Christianus Bilecke Frisackensis.
Lucas Schmol Lucanus.
Johannes Senfelius, Johannes Synapius, Johannes Schermerus, Jacobus Mullerus, Paulus Clenius } Stendalienses.
Valentinus Steinfelt Garlebiensis.
20. Paulus Hettiges Kemnicensis.
21. Jacobus Kretzelius Aldenburgen.
Johannes Daru, Laurentius Litzkai } Vngari.
22. Johannes Staudach a Neumarck.
Johannes Georgius Gros Czeilenreutensis.
Bernhardus Schlammerdorfferus Aurbachensis.
24. Gallus Lossau Czerbstensis.
27. Johannes Zinnius Mullerstadensis.
Johannes Cappus Oppanieusis.
28. Ewaldus Zitzewitz Pomeranus nobilis.
Casparus Burckhardus Vinariensis.

Mart.

7. Johannes Forstius Kirchbergen.
9. Eustachius a Stuternheim.
Georgius Albertus Schmullensis.
Petrus Blumler Salueldensis.
Hermannus Wolff Stolpensis.
Nicolaus Strophius Arnstadensis.
Johannes Warendorpius Neostaden.
Hieremias Gaugerus Augustanus.
12. Henricus Bonius Padebornensis.
15. Henningus Albrecht Grönhouiensis.

Mart.

Barbardus Emicken }
JohannesCaspar } Grunhouienses.

16. Henricus Godenius Beniensis.

Bernardus Engliken Brunswicensis.

Henricus a Oh Beniensis.

18. Johannes Holfnes a Waidhofen Austriacus.

Simon Cisius Lobauiensis Silesius.

Wolffgangus Furman Straubingensis.

Nicolaus Springinkleh Noribergens.

22. Gregorius Junger Oschitzen.

23. Henricus Solimannus Moringen.

Andreas Meyerhencken Northeimensis.

Caspar Culman Luneburgensis.

24. Michael aSultzlaNobilis }
Foelix Konerski nobilis } Pruteni.

25. Arnoldus Zeilmer Brandeburgen.

Leonhartus Liebe Scheiwenbergen.

Johannes Molitor Rödensis.

26. Heilmandus Heil Elbingensis, filius Doctoris Christophori Heil Medici.

27. Matthias Selmerus Chiloniensis.

Jacobus Wolders Hamburgensis.

Hermannus Sultau Hamburgen.

Michael Grasken Treptouiensis Pomeranus.

Baldasar Zener Temarensis.

30. Diomedes Cornarius Cygnaeus.

Christophorus Rey }
Eustachius Czik } Nobiles Poloni.

JohannesDambeoskyNobilisPolonus.

31. Michael de Andem Hamburgen.

Joachimus Loniges Spandouiens.

April.

1. Casparus Metzmacher Reppinen.

Wolffgangus Fuchs Demdenburgen.

Leonhartus Hensman Schesburgensis Transyluanus.

2 Petrus Holstein Hugensedensis.

5. Lazarus Siffart Hallensis.

April.

Petrus Streubier Soldinensis.

7. Carolus Ritter Berlinensis.

8. Sebastianus Schuler Onoltzbachensis.

Johannes Baptista Seeranus.

Balthasar Keim Ostheimensis.

Georgius Bierman }
Leuinus Christianus }
Petrus Roslerus } Tangermunden.

Johannes Vlricus Witebergensis.

Hermannus Riemenschneider Oldenburgensis.

10. Casparus Bone Witebergensis.

11. Erasmus Praetorius Soltwedelensis.

12. Johannes Stricerus Grohensis Holsatus.

Franciscus Zackmarius Vngarus.

13. Sigismundus Beihel OxoniensisFrancus.

Martinus Ertmannus }
Joachimus Praetorius }
WolffgangusSchleifferus }
Johannes Schultetus }
Andreas Kruse }
Johannes Halckeborn } Czerbstenses.

Augustinus Ebelius }
Jacobus Schroderus } Pontani.

Joachimus Vulpinus Rensburgensis Holsatus.

Henricus Hasselus Rensburgen.

Martinus Hass Viborgen. Danus.

19. Stephanus Schram Witebergensis

20. Matthaeus Einbechius Stendaliensis.

Joachimus Witte }
Arnoldus Schonermarck } Stendalien.

Nicolaus Schon }
Christophorus Berckey }
Johannes Dürr } Magdeburgenses.

Willichius Mollerus Tangermunden.

Christophorus Heln Scheningen.

Bartholomaeus Westphalus Garlebiensis.

April.

Johannes Siffartus
Johannes Schinck } Magdeburgen.
Henricus Blume

Johannes Burckenlu Winsensis.

Cyriacus Blummenkorn Duderstadensis.

22. Paulus Bentius a Vehingen Wirtebergensis.

Joachimus Schoneman Luneburgen.

23. Christophorus Odechenius Huxauiensis.

Joachimus Figelius Pritzwaldensis.

Andreas Marsilius
Joachimus Krugerus } Nauenses.

24. Daniel Schnabel Cygnaeus.

Christianus Vischbachius Nassouiensis.

Jacobus
Jodocus } Alutarius Herbornensis.

25. Petrus Didecenius Lemensis.

Vrbanus Freudeman
Georgius Weinman } Pricenses.

Daniel Wegener Pricensis.

26. Ambrosius Georg Juterbocensis.

Zacharias Lodemannus Brunsuicensis.

Cunradus Hollemannus Borchdorffensis.

Johannes Helleman Cellensis.

Henningus Meier Borchdorfensis.

Jacobus Müller Bodemensis.

28. Benedictus
Jodocus } Korff Rauenspurgen. fratres, Nobiles Westphali.

Albertus Hersleuen, filius viri optimi Johannis Hersleuen, Consulis Halberstadensis.

Lucas Batthodius Argentinensis.

Johannes Luchtius Holsatus.

30. Georgius Brigaeus Corbachiensis.

Franciscus Vopelius Corbachiensis.

Philippus Hofman de Creutzenach.

April.

Johannes Nicolai Hallensis.

Johannes a Campen Lubecensis.

Summa horum 286.

Gratis inscripti.

Octob.

18. Andreas Schwartzferber Lucanus.

Decemb.

14. Chilianus Werner Meningensis.

15. Johannes Synderus *) Peinnensis.

25. Laurentius Reckkerus Misnensis.

28. Jonathas Gutzlau Stolpensis.

Januar.

4. Georgius Grandmau Dolensis.

Christophorus Weigelt
Andreas Rehfeld } Zotenses.

Andreas Reinholt Gretzensis.

Baldazar Senckenberg Opaniensis Morauus.

Februar.

21. Simon Tham Rosbinensis.

Bartholomaeus Monch Chronachensis.

Mart.

8. Michael Benicke Stolpensis.

9. Johannes Sagittarius Stolpensis.

11. Albertus Jacobus
Jacob Schele } Chronachensis.

30. Thomas Artopaeus
Martinus Rhuel } Belgerani.

April.

3. Jacobus Symigius ab Oppach.

5. Gregorius Wraacza Polonus.

Johannes Colemei Gostinensis.

6. Martinus Neupaur Soldinensis.

11. Simon Peucer Weidensis.

20. Laurentius Maior Tangermundensis.

24. Georgius Hils Papenheimens.

Michael Helt
Johannes Wagner } Bricenses.

Summa horum 27.

*) Superscriptum est. „Bohenius."

Summa omnium 313.

Anno

millesimo Quingentesimo Sexagesimo post obitum piae et sanctae memoriae Reuerendi et Clarissimi viri Philippi Melanthonis, gubernatoris studiorum et disciplinae in hac Academia praecipui et optimi et Praeceptoris ac patris nostri in aeternum colendi ac carissimi, electus est Calend. Maii in Rectorem Academiae consentientibus suffragiis Professorum Gener eius Caspar Peucerus Budissinus, artis medicae Doctor et Professor*).

*) Primus Cal. Maii h. a. inscriptus est: „Philippus Peucerus, Rectoris filius, Nepos D. Philippi Melanthonis ex filia."

Iusiurandum, quod cives Academiae Vitebergensis dederunt*).

1.

Ego N. iuro, quod contra statum Illustrissimi principis Friderici, Ducis Saxoniae etc., fundatoris huius studii et suorum successorum nichil moliar per me vel alium. Iuro vniuersitati Wittembergensi fidelitatem, illius commoda pro virili promouere, incommoda impedire, Rectori in honestis obedire, statuta et statuenda fideliter obseruare. Item iuro, quod si forte contigerit, me ab aliquo de gremio huius vniuersitatis affici iniuria aliqua reali seu verbali, quod non velim me de facto aut per me ipsum aut per alium quouis quesito colore vindicare, sed eandem ordine iudiciario coram dominis rectore et reformatoribus legittime persequi **). Item iuro, quod si (quod absit) in aliquo delicto deprehensus aut infamatus fuero, de quo dominis rectori et reformatoribus vere aut presumptiue constare poterit, quod tunc ad dictamen et iussionem eiusdem domini rectoris dominorumve reformatorum illico ciuitatem et vniuersitatem istam exire velim meque ad lares paternos seu amicorum recipere neque pedem hinc mouere, donec veniam seu graciam a prefatis dominis desuper obtinuero vniuersitatique reconciliatus fuero. Vt me deus adiuuet.

2.

Promitto ego N. N. quod velim in hac Academia, ad quam discendi causa me contuli, honeste ac tranquille viuere. Domino Rectori ac meis praeceptoribus habere reuerentiam, ac illis honesta praecipientibus obedire. Leges ac statuta Academiae bona fide seruare et secundum illorum praescripta vitam, studia et mores formare. Nec discedere aut amouere res meas ex aresto. Item si qua iniuria affectus fuero, non vlciscar me ipsum, sed Rectoris auxilium implorabo et iuste persequar meum ius. Haec omnia promitto loco iuramenti.

*) Alterum exstat in fronte voluminis matriculae primi, alterum in fine eiusdem voluminis. Quae in fine voluminis secundi leguntur („Pagina inclusa in fastigium turris in arce" a. 1558, et consilium theologorum Vitebergensium scriptum a. 1546.) Godofredus Suevus in libro suo „Academia Viteb." pl. S 3b seqq. edidit.

**) Seqq. usque ad verba „vniuersitatique reconciliatus fuero" uncis inclusa sunt.

7452/1928